D. ANDREAE.

TIRAQVELLI

REGII IN PARISIENSI
CVRIA SENATORIS.

DE IVRE CONSTITVTI *Possessorij Tractatus.*

CVM SVMMARIIS NOVISSIME
additis & Alphabetico repertorio Io.
Bap. Zilleti Veneti.



VENETIIS M. D. LI.

AMPLISSIMO CARDINALI GVISIANO REMENSIVM ARCHIEPISCOPO.

Andreas Tiraquellus S.

CVM anno ſuperiore de dicandis meis commentariis de Nobilitate & iure primigeniorum Henrico Chriſtianiſs. Regi noſtro, veluti totius nobilitatis principi atque authori mecum cogitarem, ad eamq; rem viri alicuius primarij gratiam mihi ineundam putarem, tu vnus occurriſti, Cardinalis Ampliſsime, quem meritò patronum mihi aſciſcendum exiſtimaui. Eà enim eſt in te cum doctrina & eruditio, tum vitæ ſanctitas atque humanitas, vt omnes boni literarumq; ſtudioſi, certiſsimum ſibi in te præſidium conſtitutum arbitrentur. Itaque cum vt librum illum meum Regi offerre ac exhibere non grauareris, literis rogaſſem, tanta abs te tamq; propenſa humanitate ſum exceptus, vt non ſolum librum ipſum, ſed & authorem quoque in tuam fidem ac clientelam ſuſceperis, idq; ea modeſtia atque animi candore feceris, vt dando beneficium accipere videri volueris: neque tibi ſatis fuerit, & me & librum meum principi obtuliſſe, ni etiam & nos graui ac locupleti tuo teſtimonio ornares. Quà ex re & ſi me tantum tibi debere arbitrabar, quantum nec referre, nec verbis aſſequi, nedum prædicando illuſtrare poſſem, tacitus

tamen tantam humanitatm ac beneuolentiam prætererire non potui: nihilque mihi antiquius esse putaui, quàm vt aliquo munusculo ac quasi pignore, meam in te voluntatem animumq; tanti beneficii nec immemorem esse: nec vnqnam fore testarer. Ex nostris igitur lucubrationibus libellum hunc, qui De Iure constituti possessorij inscriptus est, in manus sumpsi, quem aliquot ante diebus ex infinitis propè Iuris vtriusque locis, quorundam nostrorum forensium hominum nō parui nominis hortatu collegeram, eumq; sub tuo nomine in publicum emittere tuæq; amplitudini ac dignitati nuncupare visum est. Neque interim vereor, ne cui fortè mirum sit, me de ijs rebus ad te scribere, quæ ad Ius nostrum Ciuile vsumq; forensem comparata esse & potisimum pertinere videntur: Neminem enim latere arbitror, quanto studio ac labore in eo nostro Iure sis versatus, adhibitis etiam ad eam rem doctiss. hominibus, & tanta prætereà quotidie huiusce disciplinæ documenta in augustissimo illo Regio consessu præbes, vt vere illud dicere posim, quod olim Traiano, Neratius Priscus: quod Antonino Pio, Marcellus: alteri Antonio Philosopho: Sceuola Seruilius: Seuero, Vlpianus, Paulus, Pomponius ampliss. uiri summis Imperatoribus: id te ac etiam multò maiora principi nostro prçstare posse ac solere. Taceo raras illas & eximias animi ingenijq; dotes cum summa nobilitate, quam parens vterque ex Regia stirpe duxit, coniunctas, vt nulla liberalis sit disciplina, nulla ingenuo aut certe ciuili homine digna, quam non modo non attigeris, sed cuius

solidam ac absolutam cognitionem nō sis assecutus. Quis ignorat quo successu te ab ipsa pueritia in vtriusq; linguæ facultate exercueris? Quid de Theologia, ac rebus sacris dicam? in quibus perscrutandis quantum olei ac operæ impenderis, in diesq; magis elabores, & virorum doctissimorum consuetudo, & præcipue illa tua de his rebus disserendi vis atque copia declarat. Iam vero quis est, qui paulum modo te audierit, qui non variam illam historiarum cognitionem, omnium temporum atque ætatum non laudet, suspiciat, admiretur? Taceo incredibilem morum integritatem in eo presertim flore ætatis, summam mansuetudinem, atque humanitatem in tanta rerum ac fortunarum amplitudine, vt aditu nemo facilior, in cōgressu nemo suauior, nemo denique ad bene de omnibus promerendum paratior aut propensior esse posit: vt tu, quę tua sit dignitas, solus ignorare, imò potius in quo animi tui magnitudo posita sit intelligere videaris: vt quanto tu genere ac nobilitate excellis, tanto te omni virtutum genere velis esse pręstantiorem. Mitto reliquas sed infinitas quæ in te relucent, virtutes: Neque enim eo, vt te laudaremus, consilio, hæc à nobis instituta est oratio, sed me cœpit vel incendit istarum virtutum admiratio, vt in eum sermonem nescio quo pacto prolapsus hucusque temperare mihi non potuerim. Habes igitur Cardinalis Illustriss. mei in te animi qualecunque testimonium, opusculum videlicet tibi dicatum: cuius æditionem, in aliquot adhuc dies proferre constitueram, vt ei veluti auctarium adiun-

gi posset alter quidam libellus, quem incudi propediem tradituri sumus, quo munus hoc nostrum in iustioris uoluminis formam excresceret: verum id per quotidiana quorundam hunc efflagitantiũ conuitia, qui nimio ipsius teneri desiderio videbantur, minime licuit. Quare munusculum hoc nostrũ quale est quod tamen perinde erit vt acceperis, primum offerentis animus, apud te commendet: deinde tui candoris erit, è pusillo amplum, è mediocri eximium adspirante lætiori tui fauoris aura reddere; & si affirmare non dubitem, per multa in hoc opusculo tractari, quę cum amplissimis quorundam voluminibus (absit verbo inuidia) possint non immerito conferri. Celsitudinem tuam præsul ornatissime patriæ studiis diutissime seruet incolumem Christus opt. max.

DE IVRE CONSTITVTI POSSESSORII.

PRIMA PARS.



SVMMARIVM.

1 Constitutum aliud q̃ hoc possessorium.
Constitutarius uocatur ad cuius cōmodum fit cōstitutum.
2 Constitutum transfert possessionem. & rationem eius rei uide. num. 3.
4 Constitutum simplex sine precario transfert naturalem & ciuilem possessionem, cum precarium naturalem tantum. Nisi aliter conuentum sit. num. 5.
6 Constitutum q; fit ab alio aut pro alio an differant.
7 Constituens an liberetur a traditione, ita ut contra eum ad id agi non posit. & num. 8. & 9.
10 An aūt a traditione facti, & quid si constituens promi-

64 Quid si constitutum finitum sit per mortem constituentis. & num. 65.

66 Quid si statuto cautum est simpliciter ut fiat excussio.

67 Furtum an cõmittatur uendendo rem alienam sine traditione, & an in id constitutum sufficiat.

68 Constituens qui non uult restituere rem cõstitutario eum spoliare censetur, & tenetur remedijs aduersus spoliatores competentibus.

70 Constitutum uenditoris an impediat præscriptionem aduersus emptorem.

71 Missus in possessione bonorum debitoris ob ipsius contumaciam, recedet a possessione oblata satisdatione, si tamen interuenit constitutum, continuo debet reponi in possessione.

72 Constitutum uenditoris an eum excuset a cultura fundi uenditi. & nũ. 73.

74 Constitutum facitne ualeat donatio omnium bonorum præsentium & futurorum.

75 Constitutum faciens depositarius uendens sine alia traditione, an teneatur de periculo rei.

76 Constitutum sufficit ad perfectionem & effectum contractus conditionalis.

1 HOC NOSTRVM constitutũ ideo possessorium uocamus, quoniam aliud est constitutum nostris iurisconsultis notius, de quo in titu. ff. &. C. de constitu. pecun. & in §. in personã, Instit. de act. cum uidelicet quis constituit se id quod debetur daturum: facturumue pro se, vel aliis. quod Græci κατατάξασθαι vo-

cant, vt videre licet ex Demoste. ἐν τᾷ κατὰ Στεφάνου. Et de hoc constituto Bal. tractatum peculiarem fecit. Sed hic aliud constitutum tractamus, cum scilicet vendens donans, aut aliter concedens rem quam ipse vendit donat. aut aliter concedit, sese constituit possidere vel simpliciter, vel precario eius nomine, cui ea conceditur, quem Constitutarium vocare possimus & deinceps sæpe vocabimus: sicut & depositarium, mãdatarium, legatariũ, commodatarium, dicimus. Hic enim est inter alios modos fictos quos vocamus, quibus transfertur possessio, sine alia rei traditione, sigillatim descriptos a glo. & doct. in. l. 3. in prin. ff. de acquir. posses. & in cap. 2. de consuetu. Qui quidem modus omnium cæterorum est frequentissimus & in decisionibus causarum forẽsium vsitatissimus, tam apud nostros Gallos q̃ Italos & cæteras gẽtes: vt videre licet ex scriptis a nostris interpretibus, tam in lec. ordin. q̃ con. & tracta. Ideoq; nobis priuatim tractandũ instituimus: sed ita, vt facile ex his quæ hic leges, intelligere possis multa, & ad alios id genus modos pertinere. Hunc autẽ tractatum in tres partes diuidimus. Prima pars consistit in viribus ipsius constituti. Secunda in ampliationibus quas vocant. Tertia in limitationibus quas item appellant.

2 ¶ † Igitur per huiusmodi constitutum tranferri possessionem in constitutarium ab omnibus passim dicitur, & in id vbiq; citatur, l. quædã mulier, & ibi gl. Bar. Ange. & alii. ff. de rei uendi. & l. quamuis. §. 1. & ibi ipse Ange. ff. de acquiren. posses. & l. quod meo, in principio, & ibi Bart. & alii, eodem titul. & l. interdum, etiam in prin. & ibi quoq; Barto. & Alexand. eodem titu. & l. certe. §. 1. ff. de precar. & capitu. cum venisset, & ibi glo. & omnes doctor. de restitu. spoliato. Et voluerunt etiã glo. & doct. in. d. leg. 3. in principio ff. de acquiren. posses. glos. in. §. interdum, Institu. de rerum diui. & in. d. capitu. 2. & ibi item doc. de consuetu. Hosti. Ioan. Andr. Panormitan. & alii in capitu. vltimo, de precar. Oldradus consilio. 278. licet quantum, colum. secunda ad primum, Specula. titu. de emptio. & venditi. §. 1. versicu. & nota quod expresse, & versic. sed quid si in instrumento continetur. Bart. in. l. si ager. ff. de rei vendi. Bald. in. l. licet, colum. prima, statim post prin. C. de acquiren-

possess.& in.l.nec ex vera,col.1.ver.item fallit si venditur, eo-
titu.& consi.198.ad intelligentiam,col.1.versi. quarto inspi-
ciendum est,lib.1.& con.438.præmittendum,col.2.eodem li.
1.& consi.478.quidam Franciscolus,eod.lib.1.& consi. 466.
ad intelligentiam,col.1.versi.tertia inspectio,lib.5. Ange.cõs.
218.visa narratione,col.vlt.Rap.Com.1.consi.173. Galuanus
col.2.alter; Raph.Fulge.consi.191.in causa Iacobi ad fi.Paul.
Castr.consi.171.in casu præsenti,in prin.lib.2.& consi.261.vi
sis & consideratis,col.2.eod.lib.2. Alex.con.92.perspectis his
quæ in themate,col.2.ver.quod autem in possessorio, lib.1.&
consi.28.viso & præhabito,col.1.versicu.nec prędictis,& ite-
rum ver.& præterea fateor,lib.2.& consi.2.ex narratis,colũ.
2.versi.item quia licentia,lib.4 & consi.121.visis & pondera-
tis,col.1.lib.5.& alibi sæpe in locis prope infinitis.Fran. Are.
consi.21.si diligenter,col.2.ver.amplius.Corne.cõs.15. ex quo
dictus,col.3.ver.quia per precariũ,lib.1.& cõ.106.licet in hac,
col.2.in litera.g.eo.lib.1.& cõs.13.circa primum,col.1.eo.lib.
1.& con.127.primo aspectu,col.1.lib.2.& cõ.280.visis quibus
dam,col.2.lib.3.Soci.con.152.in causa magnifici,col.5.ver.ex
quibus inferendo,lib.2.& omnes propemodum, quos in hoc
opere citabimus.

3 ¶ †Cuius rei rationem dicit glo.in.d.l.quædã mulier,in ver-
bo,possesionem.ff.de rei vendi.hanc esse,quia ita cõstituẽs se
alterius nomine posidere,sibi ipse mutat causam possessionis.
Quę ratio nõ placet Ang.ibi post prin.qui aliã assignat, qa.s.
rei suę nõ cõsistit precarium.l.certe.§.vlt.ff.de preca.&.l.neq;
pignus.ff.de reg.iur.Ideo ita se cõstituendo posidere precario
nomine alterius,transfert dñm,quod transferre nõ posset, nisi
tradita possessione,per.l.traditionibus.C.de pactis, ex quo se-
quitur eam censeri esse trãslatam.Quæ & ipsa (inquit) ratio
est.quare per vsufructus retentionem vel cõductionem ẽt trãs
fertur possessio,quia nec rei quoq; suæ vsufructus aut cõductio
esse põt.d.l.neq; pignus,cũ si.Quãquam prioré illã rationẽ se-
quitur Imo.in.l.3.in prin.col.1.versi.iste casus est valde exor-
bitans.ff.de acqui.possess.Sed illã rursus impugnat Alex.ibi,
col.2.ver.& dicit Imo.quia inquit,tex.in.d.l.quod meo,dicit
quod non mutat causam possessionis,sed desinis posidere.

¶ † Illud autem primo loco dicendum est, non modicum interesse inter simplex constitutũ sine precario & cõstitutum cũ precario quia per illud transfertur omnimoda possessio ciuilis & naturalis. ita vt penes cõstituentẽ nihil remaneat prę ter nudã & simplicẽ detentionẽ siue detentationem. Per hoc autẽ ciuilis tantum possessio transfertur naturalis autem apud constituentem remanet. l. & habet. §. eum qui precario. ff. de preca. Bar. in. d. l. interdum, in prin. & ibi fere omnes post eum. ff. de acqui. poss. & in. l. creditores, col. 3. versi. item quæro quid si in instrumento, ꝛ rursum, col. 6. ver. ꝛ prędicta vera, iterumq́ col. 8. versi. sed pone ꝙ debitor. C. de pigno. Bald. in. l. 2. in prima quæstio. C. de vsuris, vbi ex hoc dicit emptorem, in quem translata est possessio ex precario, non teneri ad vsuras, & in l. qsquis, ad fi. C. de donati. & con. 482. magnifici, col. 3. versic. quintus passus, lib. 1. Ang. consi. 373. visis instrumentis, colũ. 1. Antonius & Imo. in. d. c. vlti. col. 1. de preca. Idem Imo. in. d. c. 2. col. 3. ver. item aduerte, ꝙ & simpliciter, de consuetu. Masuer. tit. de possessor. §. itẽ est differentia, Raph. Cũ in. d. l. quod meo, col. 2. versi. est etiam alius. ff de acqui. hære. vbi ex hoc dicit, ꝙ constituens simpliciter nõ potest priuare dominum possessione: precario autem constituens potest, idem' Raph. in. d. l. interdum. §. vlti. eodem titu. Pau. Ca. in. l. ab emptione, in fi. ff. de pac. & in. l. 1. col. 1. C. quan. lice. ab empti. disce. & cõ. 10. si vera sunt, col. 1. & 2. lib. 1. Alex. in. l. 1. §. si vir vxori, colũ. 3. ver. per hoc decidi potest. ff. de acq. poss. & in. d. l. quod meo, in prin. col. 3. ver. in quæstionibus positis, eodem tit. & consi. 27. viso libello, col. 2. versicu. nec prædictis, libro. 1. Ange. Aret. in d. §. actionum, colum. 5. versic. aduertas tamen, Institu. de actio. Cepol. consi. criminal. consi. 4. visa querela, col. 2. versic. prima est, vbi id dicit not. Corne. consil. 55. visis, colum. 2. libro. 3. & Barba. in. d. c. 2. colum. antepenul. versicu. not. ex ea. quod & constitutio, de consue. & in. d. capit. vltim. col. penul. de precar. Pet. Ferra. in titu. forma positionum actoris, in verbo, item quod præscriptus, columna. 2. versicu. quid autem si in instrumento, & versi. sed quid si constituit, & in titu. forma libelli, in causa venditionis, in verbo, constituens. Soci. in. d. l. 3. §. ex cõtrario, col. 2. versi. 2. not. ff. de acqui. poss. vbi rationem

reddit, cur qui precario rogauit, possidet naturaliter, licet cõmodatarius nullo modo possideat, Iason consil. 147. præsens, col. 8. versi. q autem possessio, lib. 2. Steph. Bertr. con. 238. contra donationem, nu 2. lib. 2. & con. 73. viso casu, lib. 3. & Thomas Fer. cautel. 48 & si quis vendit, col. 3. ver. 2. vero casu.

5 ¶ † Sed hoc intelligendum, nisi aliter conuentum sit inter contrahentes, vt scilicet ex precario vtraq; possessio transeat in constitutarium, uel ex simplici constituto altera tantum, vel q etiam nulla ex vtroq; transeat. Id enim fieri posse probat. d. l. & habet. §. eum qui, & ibi glo. in verbo, possessione, Alber. & alii. ff. de preca. & d. l. certe. §. i. eodem titu. & l. in rebus. §. ii eodem quoq; ti. & l. Pōponius. §. si is qui, & ibi Bar. ff. de acqui. posses. & §. hodie, in verbo, nec clam, ver. & distingue Instit. de Interdic. Imo. in. d. cap. vlti. col. 1. ver. in eadem glos. ibi vnus de preca. Roma. in. l. si quis ante, in. 2. no. ff. de acqui. posses. Corne. consi. 8. circa primum, col. 2. versi. 2. potest intelligi, & sequen. lib. 2. Fran. Are. in. l. interdum, in prin. colum. 1. ff. de acqui. posses. Philip. Deci. in. l. contractus col. 5. versi. & hoc videtur procedere. ff. de reg. iur. Nam & alias in simili dicitur nullam in creditorem trāsire possessionem, cum id a partibus expresse conuentum est. glo. in. l. si seruus, & ibi Bald. qui eam annotat. C. quod cum eo. & Fran. Are. qui eam glos. dicit singu. in. l. qui pignoris, col. 2. ff. de acqui. poss.

6 ¶ † Super quo illud non omittendum ducimus, quod a Bar. scriptum est in dict. l. interdum, in prin. ff. de acquiren. possessio. multum interesse, an quis se constituat precario possidere ab alio, an vero pro alio. Nam primo casu, nullam illum possessionem sibi retinere: secundo naturalem. & si vtrunq; dicat, scilicet, ab illo & pro illo, nullam quoq; possessionem sibi retinere, sed manere simplicem rei custodem. Quod dictum refert, & elegans dicit Bal. in ru. extra de præscrip. col. 2. ver. secundo quæro, vbi tamen idipsum reprobat: ea enim verba esse intelligenda secundum naturam precarii, cui adiiciuntur: alias enim frustra diceret precario. Et hoc verius esse puto.

7 ¶ † Ex illa autem differentia simplicis constituti & precarii, illud fit, vt cum venditor teneatur tradere possessionē emptori. l. 2. & 3. & l. emptorē. §. i. ff. de acti. emptio: & ca. cū Ioan-

nes,de fid.instru.cum si.Suntq; multi in ea opinione, vt hac traditione liberetur, qui se constituit possidere nomine emptoris, nec possit postea ipse emptor agere ad huiusmodi traditionē, sed tantum possit agere rei vendicatione, vel Publiciana in rem actione, aut interdicto, vti possidetis. quæ fuit sententia glo.Bart.Bal.Ang.Saly.Fulgo.Iac.à sanct.Geor.& Iaso.qui dicit perpetuo notandum,in.d.l.ab emptione.ff.de pactis.Bal. dum eam glo.citat,quam dicit sing.d.con.482.vbi supra,lib. 2.Saly.qui & eam quoq; dicit sing.in.l.traditionibus in prin. C.de pactis.Ang.Are.qui eā dicit no.in.d.§.actionum, col.5. versi.quæro sit instrumentum,& ibi quoq; Iaso.col.20.versi. vnum circa prædicta,Insti.de actio.Idem Angel.in.§.1.in fi. Insti.de emptione & venditione,vbi id dicit notandū in practica. Alexan.qui illam item dicit sing.in.l.Pomponius.§.si is qui precario,col.3.versic.quid econtra quando venditor.ff.de acqui.possessio,vbi dicit sing.glo.in.d.l.ab emptione.Matthesal.no.67.nota q venditor,& iterum no.171.nota vnam doctrinam,vbi id dicit mirabile. Corne.con.267.quanquam videatur,col.vlt.lib.3.& con.297.in consiliis, col.2.versi.& ante omnia,eodem lib.3.& Ludo.Bolo.con.72.A.Bononiensis, col.2.versi.per hanc enim.Guido Papa con.192.ex facti narratione,in fi.Iason in.l.apud Iulianum.§.si Ticius,col 3.in.7. no.ff.de lega.1.vbi eam gloss.dicit not.& in.l.cætera, in prin. col.penul.eo.tit.& Fran.Purpur.in.l.certi conditio, in prin. col.12.versi.limitat tertio.ff.si cert.peta.

8 ℂ † Hoc tamen intelligunt pleriq; eorum, qui etiam sunt in præcedenti ver.qū venditor constituit simpliciter nomine emptoris possidere secus si precario,neq; enim tūc liberatur,quin possit conueniri ad tradendam naturalem possessionem. ad hāc sententiā referentes glo.in.l.Iulianus.§.ex vēdito, in verbo possessionem.ff.de acti.empti. Et idipsum præterea voluit Bald.in.l.1.col.1.C.quamad.lice.ab emp.disced.& in.l.1.C. de vsuca.pro donat.& in.c.1.col 2.versi.inuestitura autem,tit. quid sit inu.Ioā.Barbe.i suo viatorio iuris,tit.de empt.& vēdi. col.2.ver.secundo aūt casu, Alex.& Iason in.d.l.Pōponius.§. si is qui precario,illæ post prin.hic in fi.ff.de acqui.possess.

9 ℂ † Sed nec desunt qui simpliciter affirment, venditorē li-

berari a traditione, constituendo se precario possidere nomine emptoris, quasi nihil intersit, constituat simpliciter, an precario. Ita enim voluit Alex. consi. 27. viso libello, col. 2. versic. nec prędictis obstat, lib. 1. vbi aliud dicit esse, si ediuerso postea q̃ venditor tradidit rem emptori, ipse emptor constituat se possidere a venditore, quousq; venditori precium solueretur: tunc enim non videtur perfecte tradita emptori, cum venditor reuocare possit precarium, & ita rem auocare. atq; ita dicit loqui glosam in. d. l. Iulianus. §. ex vendito. Et idem vt scilicet liberetur venditor per precarium, voluit Corne. d. cõ. 53. in hac causa, col. 1. versiculo, & in contractu, lib. 2. & consi. 40. viso processu, col. 2. versic. adeo q per clausulam, lib. 4. & Vital. Camb. in tractatu clausularum. chart. 21. in parui s, in clausul. & constituit se precario, col. 8. versi. item operatur dicta clausula, & Matthe. Affl. in. d. c. 1. col. 3. versi. sed aduerte, quia inquantum, titu. quid sit inue.

10 ℭ † At quicquid sit de hoc postremo dicto, Sunt etiam qui dicunt, quod licet per simplex constitutum, aut si sequaris postremam sententiam, per precarium liberetur venditor a traditione iuris, non tamen a traditione facti, scilicet ab actuali siue reali possessione, siue manus detentatione, quam & ipse tenetur tradere non obstante constituto vel precario. Ita enim voluerunt ipsi Bald. Angel. & Paul. Castren. in dicta. l. ab emptione, ad id quoq; referentes glos. In. d. §. ex vendito, vbi & id tenet Paul. Castren. ante fi. & Alexã. qui hanc dicit esse communem opinio. consilio. 28. viso & præhabito, colum. 2. versicu. plus etiam dici potest, lib. 2. Corne. qui & hanc dicit communem, consilio. 343. in causa vertente, col. 3. versiculo, nec huic decisioni, & sequen. libr. 1. ubi & id dicit se tenere in dicta. l. ab emptione, sed eius lect. in eo loco non vidi. Cepol. in. l. 1. C. de vsucap. pro donat. Pet. Ferrarien. in dict. titul. forma libel. in cau. vendi. in uerbo, ad tradendum, quę est pe. Guid. Pap. deci. Delphin. 101. si quis rem circa medium. & iterum Deci. 509. uenditor domus. Carol. Rur. consil. 94. diligenter, col. 1. li. 1. Philip. Dec. con. 281. uiso puncto, col. 2. uer. nec huic promissioni, Et ita quoq; teneo, licet Bar. & Rapha. Fulgo. in. d. l. ab emptione, & nonnulli alii ex his, quos supra

citauimus,

citauimus, contrarium tenuerint.

11 ¶ †Illud autē minime dubium est, quod si is qui se constituit vel simpliciter, vel precario possidere nomine alterius, promittat præterea tradere possessionem vacuam & liberam, nō liberatur per huiusmodi constitutum, cum teneatur possessionem ipsam realem liberam & vacuam tradere, ne illa verba promissionis sint superflua: vt tradit ipse Corne.d. consi.343. col.3. versicu.& hanc partem, lib.1.& iterum.d.cōsi.53.in hac causa, col.2. versicu.tamen ad hoc respondetur, lib.2.quod quidem con.datum est super eadem specie, qua & præcedens, & ad illud se refert, vt ibi videre poteris, & Carol.Ru d.consi. 94.colum.1.

12 ¶ †Sed & ex illa differentia simplicis constituti, & precarii illud quoq; procedit, vt si quis primum se constituat possidere precario nomine crediroris, deinde se constituat simpliciter possidere nomine alterius, cui rem ipsam vendit, in hunc emptorem transit omnis possessio & dominium, vel vsucapiendi conditio: & creditorem possessione priuat, licet secus esset, si primum cōstituisset se simpliciter possidere nomine illius creditoris: Ita enim voluit Iaco.But.in.§.sed istæ, Insti. de acti.& Bar.i.l.Celsus, co.4.ver.sed pone q debitor, & ibi quoq; Imo. col.2.versi.item adde inquantum dicit, & Roma.col. quoq;. 2.versi.secundo inquantum, & Alexan. in addit. ipsius Bart. Fran.Bald.in repet.col.28.versi.successiue Bart.ff.de vsucap. Vbi tamen ipse Bart.obscure nonnihil loquitur, Bal.qui id dicit not.dignum, in.l.nullo, in fi.C.de rei vend. De qua re tamē loquens Paul.Ca.non distinguens inter constitutum & precarium, dicit semper creditorem priuari possessione, in.l.quāuis.§.1.ad fi.ff.de acquis.possess. Sed tu vide quę de his dicā plenius infra in hac.1.parte nu.34.at illud, & plenius in.14. limitati.nu.7.super hoc tamen, &.3.sequen.

13 ¶ †Cæterum quod supra diximus, ex simplici constituto siue precario transferri etiam naturalem possessionem, nedum ciuilem, intelligit mirabiliter Alexan.in.d.l.interdū, col.3.versi. hoc tamen sane.ff.de acqui.possessi. vt sit verum, quando venditor, tunc cum facit constitutum, est in fundo, quem se constituit possidere nominē emptoris, & ita illum possidet, & ci-

uiliter animo,& naturaliter corpore. At si in fundo non esset, ita vt ciuiliter tantum illum possideat.l. clam possidere.§.qui ad nundinas, eo.titu.tunc per huiusmodi constitutum transferetur tantum ciuilis illa possessio, quam habebat: non etiam naturalis, quam non habebat,per.l.quamuis.§.1.eod.titul.& per ea quæ late dicemus infra in.1.limita.tum demum constituentem transferre possessionem,si is tempore cōstituti possideat, vt ibi videre poteris. Si tamen ipse constituens haberet colonum in fundo,tunc cum per illū retineat naturalem possessionem,licet ipse non sit in fundo.l.si de eo.§.1.&.l.si colonus,eo.ti.etiam eam possessionem naturalem transferret. Hęc Alex.solus omnium,quos nunc memoria suggerit. Sed tu hic tamen vide quæ dicam infra in.3 amplia.

14 EX SVPRADICTIS † autem constat, vt plurimum vtilius esse simplex constitutum, quam precarium, cum ex illo vtraque possessio & ciuilis & naturalis transeat,saltem cum constituens vel eius colonus est in fundo, secundum illam Alexand.sententiam: ex precario autem semper ciuilis tantum transfertur, nisi aliter conuentum sit, vt etiam supra diximus. Tamen interdum e diuerso vtilius est precarium quā constitutum, vt primo apparet ex eo quod post Iacob.But. voluit Barto.in.l.creditores,in lec.ad fin.& iterum in repeti. in.4.quæstio.ad finem.C.de pigno.quod quando per precarium est translata possessio non potest constituens interuertere possessionem ciuilem illius, cuius nomine se constituit precario possidere, nec tradendo alteri illum sua possessione priuare, per.l.si de fundo, cum ibi not.ff.de vi, & vi arma. Ad quod vltra illos bene facit glos.in.l.3.§.vnde vi,eodem titulo, & in.l.vltim.in fin.ff. vsufruc.quemadmo.caue. & in.l.1. C. vti possi. At quando per simplex constitum fuit translata possessio. tunc si constituens, qui rem detinet,eam alteri tradat, priuat illum cuius nomine se possidere constituerat, vtraque possessione ciuili & naturali per.l.3.§.quod si seruus, &.l.peregre.§.quibus.ff.de acqui. possess. Tamen quantum ad primum habemus glos.tenentem contrarium in.d.l.interdum.§. vltim.eod.titu.quam communiter sequuntur doct.ibi,& Barto.Imo.& alii,quos citauimus supra versi.ab hinc.2. & dice-

mus plenius infra in.14. limitati.

15 ℭ † Item etiam alio casu vtilius est precarium, quam constitutum, ad ea scilicet, quæ not. in. l. si de eo. §. quod si forte. ff. de acquis. possess. vbi sit confestim quam sciuerim meam naturalem possessionem vacare, quia mortuus est is qui simpliciter constituerat se meo nomine possidere, & per quem ideo naturaliter possidebam, negligo eam adipisci, perdo & ciuilem quoque, per. l. quanuis, eodem titu. & not. Barto. in. d. §. si forte, vbi declarat. At in precario secus: nam & si is qui precario constituerat possidere, moriatur, & ita scio naturalem vacare, & ab alio etiam occupatam, non per id tantum videor illam negligere, vt quæ mea non erat: & ita ciuilem, quæ apud me erat non perdo, vt colligitur ex. d. §. si forte, vbi & ipse Barto. & alii. Sed tu hic omnino vide quæ dicam infra in. 12. limitati.

16 SED REDEVNDO † ad principale nostrum institutum a quo tamen non longius, discessimus, ex eo, quod statim in prin. huius operis diximus, possessionem transferri ex simplici constituto, vel precario: vel ciuilem, vel vtranque secundum ea, quę etiam supra diximus. Illud fit, vt cum ex multorũ sententia nõ competat actio publiciana ex simplici contractu, nisi & traditio interueniat, vt not. in. l. 1. in fi. ff. de publi. in rem acti. Certe si constitutũ, vel simplex, vel cum precario interuenerit, satis est, vt ea actio cõpetat: vt ex facto rñdit Raph. Fulg. con. 105. quędã domina Lucia, col. 3. ver. cęterũ & si quis, & iterũ cõ. 141. l. 1. (nã duo sunt eiusdẽ nu.) inci. in causa, quę vertitur in. 2. dub.

17 ET CVM † nemo sine possessione vsucapere possit. l. 1. §. per seruum, qui in fuga. ff. de acqui. possessio. & l. sine possessione. ff. de vsucap. & l. serui & filii. §. vltim. ff. de furt. & capi. sine possessione, de regu. iur. lib. 6. cum concord. ibi adductis. In id sufficit constitutum vel precarium, quod & ipsum transfert præscribendi conditionem. Iacob. But. in. §. sed istæ, Institu. de actio. Barto. in. l. celsus, colum. 2. versicu. quæro, vtrum debeam, & ibi Fran. Balb. in repeti. colum. 22. versicu. secunda conclusio. ff. de vsucap. Bald. in. l. nullo, in fi. C. de rei vendi. vbi id dicit not. dignum, & in. l. 1. circa medium. C. de vsucap. pro donat. Pet. Anc. con. 419. in causa, col. 2. Alexan. consi. 83. viso

processu,col.3.versi.vlterius etiam videtur, lib.6.Guid. Pap. decis.356.quos & quot effectus,col.1.versi.secundo,& in statuto,si quis per literas, in verbo possessio, colum.4.versicu.secundus effectus.

18 ¶ †Sed tu tamen lector optime,ne id putes vndequaq; indubitatum esse,hic omnino vide Ale. Fran. Arc. Iason. & Clau. Aquen.in.l. Pomponius.§.si is qui precario.ff.de acqui. hæ.& quod voluit glo.in.d.c.sine possessione,de regu.iur.lib.6.quod huiusmodi ciuilis possessio non sufficit ad præscriptionem,quam sequitur & commendat Panor.in.c. contingit, de dolo & contu. vti eos allegat Barb.qui eam glo.dicit valde sing.in.c.2.col. 8.versi.capio nunc aliud,extra de consuet. Sed nec ea glo. nec Panor.id dicunt,ad quod Barb.allegat.

19 FIT ITEM, † vt si venditor constituerit se possidere nomine emptoris,non possint contrahentes solo dissensu discedere a venditione ipso iure, nisi res ipsa retradatur, cum iam tradita fuerit per huiusmodi cõstitutum,glo.in.d.l.ab emptione,in glo.vlti.& ibi Bart.col.2.versi.not.& tene menti, Bal. col.2.versi.3.quærit,& Iacob.a sancto Geor.col.2.versi. concludit ergo ista.ff.de pactis. Idẽ Bal.in.l.1.col.1.ver. sed quæro, quid si vẽditor,& ibi quoq; Saly.col.2.versi.itẽ quęro,quid si venditor & Pau.Cast.C.quã.lice.ab empti.disce.Idem Pau. con.173 præsuppositis his,de quibus,post prin.lib.2. Ang. Aret.in.§.hoc amplius,qui est vlti.col.1.versi.quid autem si vẽditor,Insti.quib.mod.tolli.obli.vbi tamen dicit, in id sufficere retraditionem etiam per constitutum vel precarium, vt in prima traditione facta fuerat. Id quod etiam voluit Fran. Areti. in.l.qui pignoris,in fi.ff.de acqui.possess.& consi.21.si diligenter,col.2.versicu.amplius in casu nostro.& Barb.con.47.præclare scripsit,col.antepe.versi.nec ob.cum respondetur,lib.2.& sentiunt cæteri præsertim Sali.vbi supra.

20 ¶ †An tamen illud verum sit,vt necessario requiratur retraditio vel realis,vel certe cõstitutitia siue precaria,vide quæ de ea re scribam inferius in.29.limitati.nu.5.sed huic limitationi. Quid autem si primum fuerit res tradita realiter, an pro retraditione sufficiat constitutum vel precarium, an vero opus sit vt retradatur realiter,videbis infra in.20.limitati.Quid itẽ

si nõ ipse venditor cõstituit se possidere nomine emptoris, sed econtrario emptor venditoris, vide Alberi. post Guid. Cu. in d. l. 1. in prin. C. quan. lice. ab emptio. disce.

21 SED ET † illud fit, vt cũ res duobus separatim vendito est is fit preferendus, cui primum eadem res tradita fuerit, etiam si sit posterior titulo. l. siue autem. §. si duobus. ff. actio. empti. & l. quoties. C. de rei vendi. & l. qui tibi. C. de hæred. vel acti. vend. 2. l. qui tibi. C. de his qui a non domi. manu. Ideo si quis vni primum vendiderit, & eius nomine se possidere constitue rit: deinde & alteri quoq; vendiderit, & ei naturalem possessionem tradiderit, primus ille ob constitutum præferendus est, vt voluerunt Guid. Suz. Alber. Fran. Are. qui id dicit sing. & Iason in. d. l. quoties. idem Suz. in. l. vlt. & ibi quoq; Iason col. penu. versi. ex istis verificatur. C. de sacro. eccle. Old. con. 114. factum est tale, quædam mulier, & eius discipulus Ioan. And. qui magistrum non memorat (vt illi solenne est) sed Suz. tantum in addi. Spec. tit. de empti. & vendi. §. 1. versi. & nota, q expresse, in addi. incip. hic dubitatur. Bart. non obscure, consi. 74. Petrus vendidit, & alio con. inci. Ioan. Antica, vt a multis citatur: sed id con. reperire non potui, Bald. in rub. C. de cõtra. empt. & vend. in. 16. q. & consi. 198. ad intelligentiam, col. 1. versi. quarto inspiciendum, lib. 1. quod repetitur consil. 466. lib. 5. & idem Bald. consilio. 430. præmittendum est eod. libr. 1. & consil. 414. factum tale est, quædam domina, lib. 2. si tamen id con. eius sit, & con. sequẽ. illa solennitas, quod haud dubie ipsius est, & consilio. 369. venditor constituit, libro quinto, Alberi. in rubri. C. de donati. colum. 1. & 2. & in. l. quod meo, in princip. ff. de acquir. possessio. Signo. subobscure, consilio 217. factum sic se habet, quidam nomine Titius. colum. quinta versicu. venio ad primum. Angel. consil. 106. super dicto facto, in fine & consilio. 167. viso dicto libello, etiam in fin. & consil. 387. consultatio prædicta, post princip. Anton. in capi. cum venisset, columna. 3. versic. & nota, quod si aliquis, de restitu. spolia. & in. d. capi. 2. columna. 3. versicu. ideo est per hoc, & ibi quoq; Panormi. colum. vltima versicu. quintum exemplum, de consuetu. & idem Panor. consil. 91. quo ad primum, col. penulti. versic. ex his satis, lib. 1. Paul. Cast. consil. 95. visis

actis,lib.2. Alexan.consi.14.circa primum,ad fin.lib.1.& con sil.25.viso testamento, colum.vlti.libro.3.quod repetitur con si.156.lib.7.idem Alexan.consil 92.viso & opportune, col. 2.versicu.fortifico,lib.5.& consi.228 ponderatis, col.1.lib.6. & consil.78.in causa,ad fin.lib.7.& inter consil. Franc. Curt. Senioris consil.22.Ticius,colum.1. vbi ex hoc in pulchro casu consuluit. Corne.consi.8.circa primum, colum.2. versi.tamen his non ob.& iterum col.sequen. versic.ex quibus patet, lib.2.& consi.215.videtur,colum.2.versi.insuper & si.d. Ioan. lib.4.Fran. Are.qui id extollit,in.d.l.quod meo,in princi.colum.2.versi.reperitur & sexto.ff.de acquiren.possess.Ioan.Barbe.in Viatorio iuris titul.de empti.& vendi.colum.9. versiculo, sed pone ꝙ venditor, Vital.Camba.in tractatu clausularum,in clausu.constituti,col.vltima,Barba.consi.8. sapienter, doctissimus,col.15.versi.& adduco & quod voluit,lib.2.Maria.consi.18.prosequendo,col.10. versic. vlterius & eius filius Bartholo.Soci.consil.53.in præsenti,in fin.lib.1. & consi.239. præsentis,col.penulti.versi.nec refert,lib.2.quod repetitur cõ sil.231.lib.4.Guid.Pap.deci.Delphi.112.an dicta curia, vbi id dicit ita obseruari.Ias.consi.92. facti præsentis contingentia, columna.4.versicu.6.ad idem,lib.1.& consil.6.exhibentur, colum.8.versicu.videretur ergo,lib.3.Fabia.in tractat. de empti.& venditi.in.10.eademque vltim.quæstio. prin.colum.2. Philip.Deci.in.d.l. contractus,colum.6.versi. ex supradictis infertur.ff.de regu.iur.& consi.226.magister,colum.1.& con si.239.primo,colum.5.versicu.hoc responsum, & consil.247. in causa magnifici Baronis,colum.1.& consi.251.in causa magnificæ dominæ,colum.3.versicu.tertio principaliter, & con si.302.cuius superscriptio incipit, an & quando cessionarius, colum.3.nume.9.& consi.432 cum sit,col.1.Carol.Rui. consil.53.Iesu Christi,post princip.libr.1.& consil.81. prima donatio,col.2.nume.6.eodem lib.1.& consi.172. non est dubiũ, colum.4.nume.18.eodem lib.1.& consi.177.visis & intellectis,col.2.nu.3.eodem lib.1.& consi.7.primo est videndũ,col. 6.nu.16.lib.3.Steph.Bertran.con.107.etiam,col.1.lib.2.& cõ si.278.bona,ante fin.lib.3.& con.304.donatio,per totum, eodem lib.3.& consi.319.si tempore,eodem lib.3.Matthe.Afflic.

in.c.si facta,col.2.versi.item quęro princeps,titulo,si de feudo fuer.contra.inter domi.& agna. & in.c.1.col.1.nume.5. titulo,quid iuris sit si post ali.feud.vas. recup.Hippo. Marsi.in.l. qui duobus,in.3.limitatio.ff.ad legem Corne.de fals.vbi id dicit singul.& singul.28.volo,in.3.limitati.vbi & id singul.dicit. Frá.Rip.lib.3.respon.cap.8.in causa Quintellæ, in principio, Thomas Ferra.cautel.48.si quis vendit,col.2.versicu.primũ, Ferdin.Loaz.in repeti.l.filiusfamil.§.diui,col.3.versiculo,vnũ tamen.ff.de legatis.1.Ludo.Gozad.consi.14.primo facit, col. 1.numero.5.& consi.24.quæritur,an Dauid Hebræus,col.vlti.& consi.28.videtur prima facie,col.penultima,versi.tertio, nec etiam.& consi.55.quæritur,cum facta fuerit,post princip. & Marc.Mantu.consi.256.viso processu mihi transmisso,colum.2.nu.11.& sequen.

22 ¶ †Et id quidem omnino verum est,nec aliquem reperi, qui contrarium diceret, præter Dynum in.d.l.quod meo, vti illum refert, nec tamen sequitur Alberic.ibi, & nescio quem Iaco.de Gandabia, vti etiam eum refert Guid. Pap.decis.22. fuit inter nos,vbi videtur eum sequi, &.d.decisio.112. vbi est prioris sententiæ, vti supra diximus.Sed quid hi facerent aduersus tot proceres iuris prudentiæ? Nisi tamen & alia essent, quæ facerent præsumi fraudem vel simulationem in priori illa venditione facta cum constituto, iuxta ea quæ nos late tractabimus infra in.10. limitati. vbi intelliges magis præsumi fraudem vel simulationem aduersus tertium ex huiusmodi ficta traditione,q̃ si vera interueniat.

23 ¶ † Ad illam priorem & communiorem sententiam facit, quod scribunt Alberi.in.d.rubri.C.de donatio.colum.1.versiculo,quid si faciens, & Angel. consi.218. visa narratione.in 3.eodemque vltimo dubio. Ille enim dicit, quod cum donatio inter viuos posit fieri in testamento.l. asignare.§.vltimo ff.de asignat.liber.glosa & doctores in.l.hæredes palam.§. vltimo.ff.de testament.& late diximus in nostris.ll.connubi in glosa.3.in verbo contracter, numero.94. intellige secundo, & sequen.si testator donat inter viuos rem quãpiam, q̃ se constituit posidere nomine donatarii:& postea ẽt inter viuos alteri candẽ donet,& actualem possesionẽ tradat, erit ille potior,

cui ita in testamento donauit cum constituto. quod admodum commendat & sequitur Iason in d. l. quoties, col. quarta, uersiculo, imo fortius inuenio. C. de rei uendicat. Hic autē scilicet Angel. dicit, ꝙ si uenditor sese constituerit possidere nomine emptoris, is nullum postea pactum, nullam conuentionem, nullam repudiationem poterit facere in præiudicium ipsius emptoris; per tex. quem dicit expressum, in. l. si per fundum. ff. quemadmo. seruit. amit.

24 ¶ Et quemadmodum præfertur ille prior, cui etiā prius res fuit tradita per constitutum posteriori, cui res actualiter tradita est, ita & posterior, cui constitutum factum est, præfertur priori, cui scilicet prius uendita est, nec tamen possessio tradita est, æque ac si ipsi posteriori res fuisset realiter tradita, ut ex presßim & in hac specie cōsuluit Iason consil. 5. strenui, col. 2. uersi. quarto facit, quia posito; iūcto eo, quod prius scripserat, col. 7. versiculo, non obstat dum quarto, lib. 3. & satis videntur voluisse omnes, quos supra citauimus versiculo. 21. sed & illud.

25 ¶ † Et hæc quidem omnia cōfirmantur ex eo, quod cum per retentionem vsusfructus transferatur possessio ciuilis in proprietarium, vti per precarium, & ob id maxime, quod retinens ipsum vsumfructum videtur se constituere possidere nomine illius, vt dicemus infra in vndecima limitati. numero decimosecundo, imo vero, ideo si is, qui vendidit vel donauit, & sibi vsumfructum retinuit postea alteri vendit vel donat, & realiter tradit, prior ille præfertur huic secundo, cui realiter tradidit. Baldus consilio. 199. istud statutum, libro quarto, Angelus consilio. 44. si emancipatio, in princip. Paul. Castr. consilio. 375. ne sub æquiuoco, colum. vlti. libr. 1. Alex. consilio. 14. circa primum dubium, ad finem lib. 1. Iason consil. 6. primum dubium, colum. 9. versicul. 2. dicta prima donatio, libro. 3.

26 ¶ † Sed hæc velim intelligas, quæ diximus de re duobus vēdita, & alteri per constitutum vel retentionem vsusfructus tradita: vt. s. is, cui ita fuit tradita, alteri præferatur ēt priori titulo, cui res tradita non fuit, aut postea tradita: si precium venditionis soluerit, aut de eo fidem fecerit, Alias enim secus,

nam cum tali casu, id est, precio non soluto, aut fide eius non habita, etiam si vera traditio interuenerit, non trāsferatur dominium. §. venditæ quoq; res, Instit. de rer. diui. & satis innuit d. l. quoties, de rei venditio. in illis verbis, ac pretium exsoluisse. & l. apud Celsum. §. si a Ticio. ff. de dol. mal. excepti, Eadem ratione imo fortiori, nec ista, quæ fit per fictam traditionem, transferet dominium, vt expresse voluit Io. Andreas in. d. tit. de emptione & venditione, vbi supra, & Bald. in d. rubri. de contrahend. emptio. in. 16 quæstione, & Guid. Pap. d. decisio. 113. Fab. a monte. S. Sauini in tractat. de emptione & venditione in. 9. eademq; vlti. quæstione. col. 2. versic. tertio notat, sub nu. 6. Iason in. d. l. quoties, col 4. versiculo, limitat tamen, de rei vendicat. Philip. Deci. in. l. contractus, col. 4. versiculo, secundo fallit. ff. de regul. iuris & Matthe. Afflic. in. d. ca. si facta, col. 2. vbi supra, titul. si de feud. fuer. contr. inter do. & ag. & non obscure in. ca. 1. col. 6. versicu. item precarium non habet, tit. de feud. dat. in vic. leg. commisso. & Marc. Mantua. d. consi. 156. viso processu, col. 2. versi. item q eidem.

27 ¶ †Sed & secundo modo intelliges, vt. s. is, cui prius res est tradita per constitutum, præferatur alteri, cui postea realiter est tradita, quantum ad dominium rei: non autem quantum ad possessionem; nam confestim q̃ is, qui se constituit possidere nomine Titii, rem alteri vere tradit, priuat Titium ea possessione, per. l. colonus. ff. de vi & vi arma. & l. 3. § in amittenda, versicu. q si seruus. & l. peregre. §. quibus. ff. de acquirē. possessio. Et ita expresse voluit Alber. in. d, l. quoties. C. de rei vendi. Et idem subdit in colono, qui primum se constituit possidere nomine vnius, & postea constituit nomine alterius, cui quantum ad id vix accederem propter ea, quæ dicam infra in. 14. limita.

28 HINC ITEM †fit, vt dicamus, q cum maritus in restitutione dotis habeat priuilegium ne conueniatur, nisi inquantum facere possit. l. maritum. ff. sol. mat. & l. patronus. § item maritus. ff. de re iud. Etiam si res ipsa dotalis sit apud eum, per tex. not. in l. filiofami. la. 2. & ibi Dyn. qui cum dicit not. & Barto. qui negat alibi ita bene reperiri. ff. sol. matrimo. Nisi si maritus ipse eam rem semel vxori tradiderit: nam id faciens

videtur renũciare illi priuilegio.ita vt si postea res ipsa dotalis ad eũ pueniat, cogi poterit, vt integram restituat, nec vti possit illo priuilegio. l. nam & maritus. ff. de condi. indeb. & quod in simili traditur in authen. sed cum testator. C. ad leg. falcid. Certe si maritus ab initio dotem capiens & eam promittens reddere soluto matrimonio sese constituat in eum casum pos sidere nomine vxoris, peræq; est, ac si eã vere tradidisset, ideo nec vti poterit eo priuilegio: vt not. voluit Bald. in. d. l. filiofamil. la. 2. ante medium, & ibi quoq; Pau. Cast. col. 2.

29 ¶ † Et in simili cum donans non conueniatur, etiam nisi in quantum facere potest, cum aduersus eum agitur actione personali ad tradendam rem donatam. l. cum ex causa. ff. de re iudi. Sed si semel rem tradiderit, ita vt liberatus sit ea actione p no. per glo. & doctores in authen. sacramenta puberũ. C. si aduer. vendi. & in. l. cum fundum, in fi. ff. de contrah. emptio. Posteaque res ipsa ad donantem forte quadam reuersa fuerit, eamque donatarius ab eo vendicet, non possit donans vti eo beneficio, ne conueniatur, nisi inquantum facere potest, per. l. Nesennius. §. fundum, in fin. ff. de re iudi. Si ab initio donans se constituerit possessurum nomine donatarii, qui postea rem ipsam ab eo petit, non poterit donans vti eo beneficio, non magis q̃ si rem semel realiter tradidisset. Nam & id expresse voluerunt ipsi Bal. Ang. & Roma. in dict. l. filiofam. la. 2. soluto matrimo. & Alex. qui id dicit sing. in. d. l. Nesennius. §. fundum. ff. de re iudi. & ibi quoq; Iason in. 1. no & iterum in fin.

30 EX HIS † quoque proficiscitur, q; magna authoritate affirmarunt Odof. Dyn. Barto. Pau. Castren. Alexand. & Claudi. Aquen. in. l. qui absenti. §. 1. ff. de acquiren. possessio. q; & si per pactum de non alienando non impediatur dominii translatio. l. ea lege. C. de condic. ob cous. etiam si dictum fuerit, q; re alienata ea redeat ad priorem dominium, per iura ab illis allegata. Tamen si vltra fuerit dictum, vt is in quẽ ea lege res transfertur, constituit se nomine cedentis possidere, si eam rem alienauerit, continuo secuta alienatione dominium redit ad illum priorem cedentem, nec valet alienatio. Et idem tenent ipsi Odof. & Iaco. Aret. in. l. vltima, & ibi Cyn. colum. 1. versi. circa. l. istam, & Io. Fab. in verbo, permiserit. C. de

reb.alie non ali. Barto.in.l.filiusfa.§.Diui, colum.4. versicu. aliud remedium, & ibi Iason in.1.lect.colum.13.versi.quarto & vltimo, & iterum in.2.lect.col.17.versic.tertio fallit.ff.de lega.1.idem Bart.in.l.si quis possessionem, col.2.ff.de acquir. possess.Pet.Iac.titu.de condict.ex lege,quæ pro re dona.compe.col.5.versi.si quis autem velit,vbi postea limitat,vt & nos statim dicemus, Angel.con.243.multi,post prin.Pau.Ca.in.l. nemo.C.de pactis,Raph.Co.con.190.codemq; vl.filiusfam. col.2. Ang. Are.in.§.item.si quis col.antep.de acti. Guid.Pap. deci.569.per pactum,post prin.Fab.in tract.de empti.& vendi.in quarta parte prin.col.antepe.versi.tertio fallit.

31 ¶ † Et nemo, ni fallor id negat pręter Raph.Co.sibi contrarium in.d.l.qui absenti.§.1.de acquirē.possess.hac tantum ratione motum, ꝙ constitutum collatum in tempus futurum non operatur, nisi quatenus voluntas ipsius constituentis concurrit in futurum, per ea quæ in simili dicit Bald.in rub.C.de contract.empti.in.21.quæstio. Sed tu de dicto Bald.in eo loco, vide quæ plenius dicam infra in.9.amplia.versicu.porro si priorem,& seq.& ex ibi dictis intelliges qd ad hanc Raph. rationem responderi posit.

32 ¶ † Sed id tamen, quod diximus in priori opi.intelligendū est, modo is, qui ita se constituit possidere, sit possessor ipsius rei eo tempore, quo eam alienat in alterum. Alias enim non impedietur huiusmodi alienatio per eum facta, vt nuncupatim voluit Pet.Iac.loco allegato supra,versi.ab hinc.2. Quasi scilicet non sufficit, vt tunc cum conuenit de non alienando, & si alienet constituit se possidere &c.possideat rem de qua agitur,quod haud dubie necessarium est, vt late dicemus infra in.1.limi. Nisi & ipse quoq; possideat tunc cū postea alienat.

33 ¶ † An aūt & illud procedat in ecclesia, quæ se cōstituit possidere pro alio,vt.s.postea alienare non posit,& qūo,(id enim nolui prætermittere) intelliges ex Cardi.Flo.in repe.c.perpēdimus,col.14.versic.in hoc tamen,extra de sententia excom. & Barb.in repet.rub.de rebus ecclesiæ. non alie.in.2.dubio, col.eiusdem dubii.15.versi.pro parte ergo affirmatiua.

34 ¶ † At illud hic quæri potest, si pro debito obligaui omnia bona mea,& ea constitui possidere nomine creditoris, postea,

vendo rem quampiam ex ipsis bonis meis, & eam me quoque constituo possidere nomine emptoris, an per prius constitutum impediatur dominii translatio in hunc emptorem. Et certe Bart.in.l.qui pignoris.ff.de acqui.possess.post Iaco.But. in.§.sed istæ, Insti.de acti.dicit, primum videri eam translationem impediri, per.l.quamuis.§.1.eo.tit. Tãdem se remittit ad eius scripta in.l.Celsus.ff.de vsuc.quo in loco colum.3. versi.sed pone, quod debitor, distinguit, vtrum debitor se simpliciter constituerit possidere nomine creditoris, an cum adiectione precarii: vt primo casu impediatur, per.d.l.quamuis. §.1.de acqui.possess.secundo non impediatur, per.d.l.interdũ. §.vl.eodem tit.Bald.autem in.l.nullo, ad fi.loquens de secundo illo casu concordat cum Bar.de quo & nos diximus supra num.12.sed & ex illa, & dicemus plenius infra in.14.limitati.vt ibi videre poteris.

35 EX EODEM † fonte manat, ꝙ licet alias dubitetur, vtrum venditor qui habet facultatem rei restituendæ, teneatur eam præcise tradere. Nã glo. post Bal.Io.Fab.Azo.& Hug.in.l.1. in verbo, agitur.ff.de actio.empt.negat illũ teneri, sed satis esse, vt præstet interesse singulare, licet communis opi.sit in contrarium, vt per Bar.in.l.stipulationes non diuiduntur, in prin. col.16.versi.ad tertium venio, & ibi quoque late Ro.col.19. versic.& vlt.videndum, & alias.ff.de verbo.oblig.Bal.in.l.si traditio, in.1.quæsti.C.de acti.emp.& in.l.cõtractus, col.1.C. de fide instru.cum si. Tamen si is se constituerit possidere pro emptore, tunc haud dubie tenebitur præcise rem ipsam tradendam, quia res effecta est emptoris per translationem possessionis ex huiusmodi constituto, vt no.voluit Bal.in.l.1.col.pe. ver.sed ad vnum aduerte.C.de senten. quæ pro eo quod interest.id quod sequitur Rom.in.d.l.stipulationes nõ diuiduntur, col 21.ver.2.limitat & Iason qui dicit sing.in.§.actionũ, nu.147.Insti.de acti.

36 HINC QVOQVE est, † ꝙ licet creditor qui ex conuentione potest propria authoritate ingredi rem sibi obligatam ex.l.3.C.de pignori.tum demum solum id facere possit, si debitor, aut nõ resistat, aut solo verbo resistat, vt per multa dicit Bart.ibi in rep.in.4.quæst.prin.quem omnes vbiq; sequũ-

tur: Tamen si vltra huiusmodi conuentionem debitor se constituerit possidere pro creditore simpliciter, aut precario, tunc quia apud creditorem est vtraq; possessio, cum scilicet est simplex constitutum: aut certe ciuilis cum est precarium, si debitor facto resistat, vim facit creditori, qui ideo potest incontinenti per vim ingredi. Nam id faciens magis dicitur defendere suã possessionẽ, q̃ occupare vel aggredi, vt in simili no. in.l.cum secundũ, & in.l.qui possessionẽ.ff.de vi & vi arma.

37 ℂ † Et ita expresse voluit ipse Bart.post Iac.But.in.d.l.3.in 2.quæstio.prin.post prin.& ibi quoq; Saly.col.4.ver.sed quid si vltra interuenisset, & Bal.in.l.2.col.5.in.10.quæsti.C.de ser uit.& aqua.Pet.Anc.in.c.potuit, col.4. versi.in alia materia, de locat.& con.263. subtiliter.in fin. Roman.in.l.si ex stipulatione.ff.de acqui.posses.Vital. Camb.in tract Clausularum ch.21.in clausconstituit se precario, col.7.ver.& nota diligenter, Pau.Ca.con 43.uidetur dicendũ, post prin.li.1.Franc. Are.in.l.si ex stipulatione, col.2.versic.addit hic dominus.ff. de acqui.posses. Alex.con.82.perspectis his, col.3.versi.& per consequẽs, lib.2.quod repetitur con.40.lib.3.Corne.con.280. visis quibusdam, col.3.versi.sed secundo respondetur, iunctis præcedentibus, lib.3.Guid Pap.generaliter loquens, deci.Del phi.356.quos & quot effectus, col.1.versi.tertius, & iterum ver.septimus, & in statuto, si quis per literas, in verbo, possessio, col.5.ver.sextus, quia habens, Iac.a S.Geor.in rep.authẽ. qui rem, col.11.versic.do.Pe.C.de sacro.eccle.Ludou.Gozad. con 42.in casu proposito, col.2. versi.secundo principaliter, & ante hos omnes glo.a nullo eorum expensa in.l.cum creditor, & ibi Angel.ff.de fur. Et huic opi.accedo licet contrarium tenuerint Bald.& Pet.Anc.sibi contrarii, ille in.l.nec ex vera, col.1.versic.item fallit si venditor.C.de acqui.posses.hic con.274.ad declarationem, col.2.versic.item etiam.

38 ℂ † Sed id tamen intelliges, vt scilicet creditor hoc casu possit propria authoritate aduersus debitorem resistentem suam hanc possessionem occupare. Nisi tamen ipse creditor iudicem potius adiisset, & iudicium aduersus debitorẽ intentasset: nam tunc non poterit amplius propria authoritate sibi ius dicere vi illius constituti, vt expresse voluit Bal.in.d.l.2.in.10

quæst.de seruit.& aqua.quia ex quo, inquit, elegit viam iudicii, videtur fuisse meticulosus, & ad viam facti redire non potest.l.de pupillo.§.meminisse.ff.de ope. no. nũci.& ar.l.si mulier.§.vlt.ff.ꝙ me.cau.ibi, quam viam ego elegero, hæc mihi pateat. & quod no.in.l.2.C.de iure emphy.& ne iudicium inchoatum sit ludibrio, sitque in potestate vnius idipsum euertere, ar.l.si quis rem, in ratione sui.ff.de arbit.

39 ℭ † Et quanquam illa prior ratio Bal.ꝙ scilicet hic tanquã meticulosus amiserit possessionem, multis non placeat, vt videre licet ex modernis, in.l.clam possesidere.§.qui ad nundinas.ff.de acqui.possess.⁊ Fran.Are.in.l.si de eo.§.si forte, col. 5.ver.sed remanet dubium, eo.tit.⁊ Alex.in.l.1.§.in operis, in 1.no.ff.de ope.no.nunci. Tamen eam Bal.deci.propter alias rationes sequutus est ipse Fran.Aret.in.d.§.qui ad nundinas, col.antep.versi 1.nisi ciuiliter, ⁊ ibi Clau.Aqué.col.4.ver.hãc tamen conclusionem, & ipse Clau.in.d.l.de pupillo.§.meminisse, ante fi.ff.de ope.no.nunci.⁊ Ias.in.d.l.2.col.35.ver. quid autem sit.C.de iure emphy.Philip.Deci.con. 146. cuius superscrip.incipit, dubia de quibus, in.2.dubio, vbi similiter declarat, & consi.400.viso eleganti consilio, col.pe.versi.4.respondetur, & Carol.Rui.con.127.visa facti narratione, col. 3.versi.& idem respondendum, li.5.Et idẽ voluit Angel.Are. in.§.actionum, col.7.ver sicu.nec obstat si dicatur, Institu.de actio.Nam & idem in non lõge dissimili casu voluit ipse Bal. in.l.ædem, col.3.versi.3.quæro.C.loca. & in.l.1.col.1.versi. item no.quod ab executione.C.de exec.rei iudi. & Angel.in repe.l.nemo carcerem, post medium, versi.item an possit capi.C.de exa.tribu.li.10.Alexan.consi.130.in causa Strazarolorum, col.5.versi.& sic ex isto infertur, lib.4.& Hiero.Gratus consi.76.in præsenti causa, col.1.versic.quantum vero ad Laurentium, li.2.⁊ Fran.Ripa.in.d.§.meminisse, col.2.nu.7.

40 ℭ † Hic mirari licet Bal.ingenium adeo sibi male constãs, vt in omnibus prope iuris articulis contrarium & ex diametro sibi reperias.id quod præterquam ꝙ in aliis multis iam tibi aperui, hic quoq; videre licet nam huius contrarium idem constanter asseruit in.d.l.2.colum.2.ver.sed an proprietarius. C.de iure emphy.cuius in eo loco sententiam veriorem sibi

videri putat Alexand.in.l.quemadmodum, col.1.ff.de acqui. posse.nam extra iudiciarium,inquit,remedium minime exclu di per iudiciarium, vt ibi per eum videre poteris.& vide quæ dicam infra nu.69.an autem possit.

41 ¶ † Sed illud pro constanti dicunt nonnulli, q si is, qui viam iudiciariam secutus est, protestetur, saluam sibi manere viam facti,manebit in saluo,vt expresse voluit Alexan.d.con. 130.col.5.versicu.quia respondeo, libr.4.& con.seq.in causa & lite vertente,col.vi.versi.accedit,quia in prima. Iason in.d. l.2.col.35.versicu. istud tamen limita. C.de iure emphy.per multa ab eis allegata de virib9 protestationis,& Claudi.Aquē. in.d.l.de pupillo.§.meminisse, ad finem, & ibi quoq; Franc. Ripa.col.4.ver.is autem qui potest.ff.de no.ope.nunci.

42 Ei avtem † quod diximus versicu.ab hinc.4.consimile est, q licet id pactum ingrediendi propria authoritate non transeat in singularem successorem debitoris, præsertim si debitum non sit liquidum,vt per glos.& docto.in.d.l.3.C.de pigno.Tamen si debitor, qui id pactum fecit, adiecit constitutum simplex aut cum precario, poterit huiusmodi pactum exerceri in singularem successorem etiam resistentem,etiamque si debitum non sit liquidum, sicuti eadem illa ratione, quā in.d.versicu.adduximus, vt voluit Bart.in.d.l.3 in.4.quæsti. prin.in fi.ibi,sed pone q debitor, & ibi quoq; Saly.col.8.versic.quæro octauo.C.de pigno.Bal.con.58.quidam accusatus, lib.5.Imo.in.c.potuit, col.13.versicu.nota etiam quando emphyteuta,de loca.Pau.Cast.con.10.si vera sunt, col.2.versic. ex his etiam dico, li.1. Fran.Are.con .21 si diligenter & maturius,col.pe.in.3.dubio, vbi etiam dicit id procedere contra ecclesiam.Alexand.consi.85.ponderatis his,colum.2.lib.6.& con.185. in causa & lite coram dominis,col.2.versic.præterea etiam posito,eo.li.6.Soci.consi.82.super quæstionibus,col.2. versic.quinta conclusio,lib.3.Guid.Pap.d.deci.356.versic.septimus est,Alb.Bru.con.93.in causa & lite, col.2.ver.insuper constat,Ludo.Gozad.con.28.videtur prima facie,col.3.versi. præterea quāuis,sub nu.15.& con.42.in casu proposito,col.1. & iterum col.2.versi.secundo principaliter,rursumq; col.pe. ver.non obstat quartum,& con.95.prima facie nu.9.

43 ℭ † Imo vero sunt qui in ea sunt sententia, ꝙ licet dictum non sit expressim, vt liceat ingredi propria authoritate. Tamen si fuerit appositum simplex constitutũ aut precariũ, licebit creditori id facere, vt voluit Bald.in.l.1.C.de seruo pigno. dat.manu.per.l.si seruus.C.quod cum eo, & idem Bald.in.l. pe.C.de pigno.acti. Saly.in.d.l.3.col.4.ver.sed quid si vltra interuenisset.C.de pigno.per gl.in.l.cũ creditorem.ff.de furt. & Alex.qui id dicit no.con.83.viso processu, col.1.lib.6.vbi ita dicit se alias Bononiæ tenuisse in publica disputati. & iterum con.185.in causa & lite vertente coram dominis col.2. versi.prætera etiam posito,eo.lib.6.

44 ℭ † Sed hęc intelligenda sunt, primum secundum Pau.Ca. d.con.10.lib.1.cum creditor id facit continuo ꝙ translata est possessio in singularem illum successorem: nam tunc videtur possessionem sibi interuersam veluti recuperare, quod incontinenti licet.l.qui possessionem.ff.de vi & vi arma. ex interuallo autem non licet præsertim aduersus resistentem.l.3.§. cum igitur, eo.titu. Et idem quoq; respondit, nulla Pau.mentione facta, C aro. Rui.consil.127.visa facti narratione, col.2. versic.sed præmissis non obstantibus, li.5.vbi idem dicit voluisse Iac.But.in.d.l.3.de pigno.& sic intelligere, Bart.ibi. Et addit hanc rationem, ꝙ si debitor ipse ante constitutum a se factum fuisset expulsus, non potuisset ex interuallo suam possessionem authoritate propria recuperare, siue expulsor restitisset, siue non, sed solum incontinenti, per.d.§.cum igitur, & no.per Bar.in.l.1.C.vnde vi.& in.l.clam possidere.§.qui ad nundinas.ff.de acquir.posses. Ergo nec ipse constitutarius cui ius ipsum debitor cessit, idipsum potuit, cũ plus iuris ab eo accipere non potuerit, ꝙ quod habebat.l.traditio, in prin.ff.de acqui.rec.domi.&.l.nemo plus iuris.ff.de regu.iur.

45 ℭ † Porro Matthe. Afflic.in constitu. Siciliæ. incip.pacis cultum, col.7.versi.quarto fallit, tenet non licere omnino id pactum exercere contra singularem successorem cum creditori factum est simplex precarium. Neque enim id impedire, quin debitor eum priuet possessione constitendo se possidere nomine illius tertii, ex sententia Bar.in.l.Celsus, colum.4. versicu.sed pone ꝗ.l.debitor.ff.de vsucap.de qua re diximus

supra

supra nu.12.sed & ex illa, & iterum nu.34. at illud hic. & dicemus quoque infra in.20.amp.nu.2.7 quis id sit. Sed aduerte, quia si etiam vera sit illa Bar. deci. vt priuetur creditor possessione illa, quam ex simplici precario obtinebat non tantum se putat, tñ ex hoc sequitur eum non posse illum tertiũ recuperare præsertim incontinenti, etiam si in tertium fuisset translata vera & realis possessio, ex oium sñia, vide infra in.21.limit.

46 ¶ † Intellige secundo, ỽ scilicet constitutarius possit id constitutum contra tertium possessorem exequi, nisi hic tertius habeat hypothecam specialem, aut certe generalem secundum alteram opi. in re de qua est controuersia. tunc enim hic tertius expelli non poterit, vt expresse voluit Caro. Rui. con. 127. visa facti narratione, col. 4. versic. tertio confirmatur, lib. 5. per id quod in simili scribit Bar. in. l. filiofa. la. 2. §. vlti. ff. sol. matr. & in. l. 1. §. quod autem. ff. de superfic. quod quamuis singularis successor non teneatur stare colono. l. emptorem. C. loca. fallit tamen, nisi colonus habeat hypothecam in re conducta. Et in id saltem omnes conueniunt, vt expelli non possit, donec ei plene satisfactum sit. Ita igitur in hoc casu deiici non poterit hic tertius habens hypothecam, eisdem rationibus, quibus illi mouentur, quæ & hic locum habent.

47 ¶ † Quid autem si iste tertius non habeat causam a constituente vel colono, sed ab alio? An tunc liceat domino uel constitutario eum propria authoritate expellere, uide Barto. qui tenet posse, in. l. 1. §. necessario, per eum tex. ff. si uent. nomine, & in. l. peregre. §. quibus. ff. de acqui. posses. Et Bald. contrarium tenentem in. l. certa est forma, in fi. C. ut in posses. lega. per glo. in. l. 1. §. interdictum. ff. uti posse. Et Roma. in. d. §. quibus, col. ulti. uersicu. sed circa quintum, dicentem eam. glo. non loqui de deiiciente, sed turbente, & tandem concordantem eas contrarias opi. ut ibi uidere poteris.

48 HINC ETIAM fit, † quod cum donationes inter uirum & uxorem, & inter patrem & filiumfa. non confirmentur morte donantis, nisi prius rei possessione tradita, ut de primo dicitur esse tex. quem omnes ubique in id citant, in. l. Papinianus. ff. de donati. inter uir. & uxo. de secundo in. l. 2. ut etiam ibi intelligunt Barto. & alii. C. si quis alteri uel sibi. Sane in eam

rem satis erit si donans se constituerit possidere pro donatario, vt de primo voluit Angel.in.l.2.in.1.no.C.de inoffi.donat. Raph.Co.con 40.quidam filio, colum. vltim.Berber.in viatorio, tit.de donati.inter vir.& vxo.versi.sed quæritur.nũc donatio. Alexand.con.7.viso instrumento donationis colum.1.lib.6.vbi & idem dicit de retentione vsufructus,& con.152. in causa & lite coram dominis, col.2.versicu.secundo respondetur, eod.lib.6.Cepo.causa.ciuil.con.8.casus super quo, col.3.versicu.præterea interuenit, Barb.aut quisquis is fuit in add. Bald.in capit.si quis, in fin.titu.de feud.dat.in vic.legis commis.Soci.in.l.1.§.si vir vxori, colum.penultima, versi.quarta, & vltima conclusio.ff.de donat.inter vir.& vxor. Philip.Deci.con.202.vt præsens consultatio, col.4.versicu.tertio etiam fundamento, & Stepha.Bertran.consi.233.ponitur in facto, nu.1.lib.1.& consi.238.circa donationem, in.1.dubio, lib.3.& Paul.Parif.con.60.pro resolutione, col.pe.nu.17.li.3.

49 ℭ De altero, scilicet donatione inter patrem & filiumfam. voluit Bald.consi 430.præmittendum est, paulo ante fi.lib.1. Angel.in.d.l.2.C.de inof.donat.& in authenti.de imensi.donati.col.2.versic.sed tunc quæro, & consi.44.si emancipatio, in prin.vbi & idem dicit de retentione vsufructus. Pau.Cast. con.340.circa bona, col.2.versic.ad quod dico, lib.1.Cep.in.l. vltim.colum.18.ver.item hoc procedit.C.de vsucap.pro donat.Soci.consi.115.videbatur, col.1.lib.4.vbi & ipse de vtroque loquitur, scilicet constituto & retentione vsufructus.Philip.Deci.con.239.primo non videtur, col.1.versicu.præterea ex quo.Ferdi.Loaz.in repe.l.filiusfam.§.diui, nu.84.ff.de legat.1.Bartho.Chasse.consil.7.visis themate, col.7.versicu.ad hoc est clara responsio.

50 ℭ † Idque est, quod a multis traditur, in huiuscemodi donationibus sufficere aliquid quod pro traditione habeatur, vt morte confirmentur. Ita enim nuncupatim voluit glo.in.l.2. & ibi Cy.Bar.Bald.Alberic.& Ange.C.de dot.cau.non muner.ex quibus ipsi Bartho.& Bald.dicunt id esse mirabile, iidem Bar.& Bal.& præterea Saly.in.d.l.Papinianus, vbi dicunt sufficere fictam traditionem, Bald.in.c.cum contingat, col.pe.de iureiur.& con.341.maritus, col.1.li.1.& con.67.pun

ctus talis est, ante fi.lib.5. Ange.consi.5. Andreas, col.vlt.&.d. consi.44. Raphael Co.d.conf.40. Pau.Ca.in.d.con.345.li.1. & consi.75.notandum est ꝙ præfatum, in fi.li.2.& consi.82. in ista donatione, col.vlt.lib.2. Florianus in.l.quę pater, col.3. in fi.ver.vnum nota circa hoc.ff.fami.hercis.Rom.con.277. non est dubium, post prin. Corne.consi.124.licet in hac, col. 1.li.4. Hiero.Zanet.inter consi.Soci.con.6.licet adiicere, col. 2.ver.non obstant, li.4.Ias.qui illam dicit reputari singu.in.d. l.1.§.si vir vxori, col.4.versic.contra istud.ff.de acqui.posses.

51 ¶ † Nec tamen hic omnes conueniunt, quando nonnulli teneant contrarium, videlicet non sufficere his casibus fictam traditionem. In quibus est Masuer.tit.de donati.§.item donatio facta, Pau.Ca.Alex.& Iason in.2.lec.in.l.1.§.si vir uxori, & alii multi, quos tibi late cōgeremus infra in.7.limitati. nume.13.ex quibus illud, & seq. Sed nihil horum opinionem moror, cum habeamus text.expressum, in donatione viri & vxoris sufficere possessionem precariam, in l.cum hic status. §.si maritus.ff.de donati.inter vir.& vxor. Quanquam glos. ibi, in verbo precariā, aliter videtur interpretari eū tex.de quo & nos latius dicemus in.d.7.limitatione, ver.20.sed quid hic.

53 ¶ † Nec interim tamen hinc discedēdum putauimus, prius quam tibi illud obiter dixerimus, quod a paucis animaduersum est, probatum non videri ex.d.l.Papinianus, de donati. inter vir.& vxor.requiri traditionē in huiusmodi donationibus, vt morte confirmentur: sed tantum promissionem donandi, ex qua agi non potest contra hæredem mariti, qui promiserat: etiam si in ea promissione perstiterit vsque ad mortem: tanquam scilicet simplex promissio donandi, non confirmetur morte, vti donatio confirmaretur: aliud etiam est donatio, aliud promissio donandi, vt videre licet ex.Io.Fab.in.§. alii, col.2.versic.quid ergo si quis, Institu.de donati.cum aliis multis concord.a me congestis in tractac.Retractuum, titu.2. in fi.num.47.nunc se offert: vt aliud vendere, aliud promittere de vendendo, & alia similia quę & tu ibi videre poteris numer.41.sed quorsum hæc, & multis seq. Vt non sine ratione nonnulli existimarint.d.l.Papinianus, requirentem (vt omnes ex eo.text.colligunt) traditionē ad mortis confirmationē,

intelligi de promissione etiam munita stipulatione, & inter cæteros Bar. & Saly. ibi. glo. & Cy. in. d. l. 2. C. de dot. caut. nō nu. & expressissime omnium, Bal. con. 397. casus talis est, libr. 1. Pet. Anch. consi. 76. per modum consilij, col. prima. versi. ex quibus verbis. Pau. Castr. con. 138. dicta donatio, col. vlt. libr. 1. de quo & nos diximus. d. nu. 47.

53 EX IIS ITEM fit, † quod licet alias excussio bonorum debitoris requiratur, antequam creditor agere possit contra tertium possessorem, authenti. hoc si debitor. C. de pigno. cum si. Tamen si ipse debitor constituerit se bona sua possidere pro creditore, & quædam ex eis postea alteri vendiderit & tradiderit, poterit creditor nulla bonorum debitoris discussione facta, tanquam sua possessione priuatus, recta agere contra hunc tertium, ad reuocandam suam illam possessionem, quam ipse ex huiusmodi cōstituto obtinebat, per condictionem ex. l. vlt. C. de acqui. posses. vt ibi per eum textum in uerbo, vel quispiam alius, & glos. in verbo, cuiuscunque rei, & iterum in verbo, generetur, voluerunt Iacob. Bu. & Bald. in prin. qui id dicit perpetuo menti tenendum, & Ange. in lect. Padua. col. 1. qui id dicit obseruari Bononiæ. rursusque idem Iacobus But. in. l. exitus, & ibi quoque Baldus, Angelus, Imola. Rapha. Co. Roman. & Alexan. ff. eo. titu. & ipse item Iacobus But. in. d. authenti. hoc si debitor, ad fi. & ibi quoque Flori. & idem Iacob. Bu. in. l. vlti. cum authenti. ibi posita, & etiam Pet. Anch. in suis reportatis, quæ vocant. C. de actio. & obliga. Barto. in. l. nomen quoque. C. quæ res pig. obli. pos. Bal. in. l. 1. col. 2. versi. quæro, quid si debitor constituit. C de reuo. his quæ in frau. credi. & in. l. 1. in fin. ff. pro Soci. & in. c. cum venisset, in fi. de resti. spoli. & in. c. 1. titu. de contro. inuesti. inter do. & emptor. & inter consil. illius Alouisius. con. 436. quidam creditor, li. 3. & ibi quoque ipse Bal. in subscriptione illius consi. in fi. Angel. in. l. ait prætor. §. 1. ff. quæ in Fraud. credi. & in. l. 2. §. hac actione, le. 2. ff. vi bonorum rapto. vbi dicit hoc inuentum fuisse ab Vberto Bobi. & in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obligatio. Rapha. Co. in. l. quod meo, in princi. colum. vltima, ad fi. ff. de acqui. posses. alter Rapha. Fulgo. consi. 214. Ticius, in fi. Roma. con. 189. stante primo quæsito, ad fi. vbi id dicit procedere duran-

te constituto. & iterum consi.392.circa primum,colum.2.versicu.quinto præmittendum,vbi id dicit singul.Pet.Ferra.in titul.forma respon.in actio.hypo.in verbo, exceptione excussionis, colum.3.versicu.item cessat excussio si debitor vt sit, Franciscus Aretius,consil.117.in causa dominę Antonię,col. secunda.versicu.item in instrumento, Corne.consil.228.excogitabam,lib.2.& consi.55.visis,col.2.versicu.pręterea licet remedium,lib.3.& consil.85. videtur prima facie,col.1.lib.quarto. Alexan.in.l.sæpe,quæ est pe.col.16.versicu.secundario datur.ff.de re iudi.& consil.137.in causa & lite vertente inter Lanzalotum,col.2.ver.tertio etiam ostenditur, lib.2.& consi.73.punctus talis est, colũ.vltima.lib.5.& con.83. viso processu agitato,colum.1.lib.6.& con.85.ponderatis his, in prin.eod. lib.6.& con.153.circa litem,in prin.eod.lib.6.& consil.185.in causa & lite vertente coram dominis, col.2.versicu.præterea etiam posito,eo.lib.6.Angel.Aret.inter consi.ipsius Alexan. consil.138.Lanzalotus,col.2.versi.tertio in.d.instrumento,lib. 2.idem Angel.Aret.qui id dicit sing.in.§.item si quis in fraudem,col.5.ver.adde prædictis,ꝙ ubi debitor,& ibi Iason char. 10.in paruis,versic.tertio limitatur, Insti.de acti.Cepol.caute. 57.in præcedenti. Vital.Camba.in tractatu clausularum, in clausula,constituit se præcario,colum.vltim.versic.item præcarii constitutio,Guid.Pap.decisi. Delphi.432.supra quæstione,colum.3.versic.item.d.authenti.& con.109.domini de parlamento,col.2.Fran.Cre.sing.61.volo tibi dare, Philip.Deci. con.27.exceptio cedendarum, ad fin.Matthe. Afflic.in.c.si facta,colum.3.nume.25.titul.si de feud.fuer.contro.inter domi. & agn.& deci.Neapo.40.casus est iste,col.5.versi.videamus an sit, & iterum decisio.139.magna fuit,colum.2.uersicu. & ideo dicendum.Hippo.Marsil.in repet. in rubri.de fideiusso.num. 21. & singul.158. hodie communiter. Bene. Barz. in tractatu discussio.in decimaquarta quæstio.prin.Franc.Balb. qui & id dicit singul.in repe.l.Celsus, colum.29.versicu.circa huiusmodi quæstionem.ff.de vsucap. Caro. Rui,consil. 172. circa primum,colum.1.num.3.lib.9.& consi.77.ad ea quæ proponuntur, colum.2.versicu.dubium igitur,libr.quinto. Matthe. Afflic.in capit.si facta colum.3.nume.25.titul.si de feud.fuer.

contra.inter domi.& agna.Stepha.Bertrand.consil.379.non potuit,col.2.lib.2.& consi.210.legitur in instrumento,lib.3.D. Beori.qui dicit ita fuisse iudicatum in curia Burdegalensi.dec..182.& per supradicta, ad fin.Celsus Hugo in tractatu causularum,nu.257.omnia bona.Ludo.Gozad.con.42.in casu proposito,col 3.versic.tertio quotiescunque,& Hiero.Grat. consi.42.licet primo rem dubiam, col.2.versic.secundo principaliter,& seq.lib.2.& Fran.Ripa.in rub.ff.de interdic.col. 3.versi.circa secundum,& iterum versi.circa vltimum.

54 ℭ † At id nonnulli intelligūt procedere, cum simplex constitutum sine precario interuenerit: secus si cum precario, ob id quod,vt supra diximus,simplex constitutum transfert omnem possessionem & ciuilem & naturalem:cum precario,ciuilem tantum, secundum ea quæ diximus supra nu.4.illud autem. Ita enim voluisse videtur Raph.Co.in.d.l.exitus, & apertius Barba.in.c.vlt.col.penul.de precar.& Corne.d.consi.55.quo loco nuper citauimus,lib.3.per tex.in.d.l.vlt.de acqui.possess. in qua exprimuntur illi, qui nullo modo possident; & subditur clausula generalis, vel alius quispiam, quæ debet intelligi de alio simili,qui scilicet nullo modo possidet,ex natura illius dictionis,alius,quæ implicatiua est similitudinis,glos.in.l si fugitiui,& ibi docet.C.de seruis fugit.& in.l.quidam relegatus, in verbo, amicis.ff.de rebus dubi.de quibus postea dicemus. Tandem tamen ipse Corne.de hoc dubitat, propter multos ex his,quos supra citauimus, qui idem tenent in precario, vt in simplici constituto.De quo tu omnino vide Franc.Ripam. vbi supra,in fi.præced.versi.

55 ℭ † Quid quod sunt qui simpliciter tenent, id nullo pacto procedere,nec in simplici quidem constituto.s.Fran.Aret.in.d.l. exitus,col.2.ver.secundus casus est:nam (vt ipse dicit).d.l.vlt. non loquitur nec habet locum,quando detinens nostro nomine vere tradit alteri possessionem: quia tunc nobis haud dubie præiudicat,vt dicunt glos.& Doct.ibi & in.l.si colonus.ff. de acqui.possess.Sed loquitur ea.l.vlti.quando quis negligentia vel dolo dimittit possessionem,vt alius eam occupet: quo casu non perditur ciuilis possessio, sed naturalis tantum, pro qua agit condictione ex.d.l.vlt.Cum igitur leges veteres di-

cant, q detinens nostro noie potest nobis auferre possessionem tradendo alii, nec indicant aliud remedium contra possessorem, sed tãtum contra tradentem, per. l. Pomponius. ff. quibus mod. vsuff amit. non videtur ea. l. vlti. loqui in hoc casu.

56 ℂ † Quod si quis, inquit, dicat, nouum illud remedium condictionis ex. d. l. vlti. habere locum & in hoc casu: quia non agatur de correctione iuris antiqui, sed de extensione noui remedii, quod de iure antiquo non erat productum, sitq; eadem vtriusq; ratio. l. a Titio. ff. de verbo. oblig. & l. non possunt, & ibi no. ff. de legib. Huic respondẽdum dicit, q vbi ille, cui facta est traditio, certo sciebat tradentem esse simplicem detentorẽ, & non possessorem, illa obiectio posset admitti. & idem forte si scire debebat: est enim tunc capiens in dolo, vel in lata culpa & ideo similiter tenebitur ex. d. l. vlt.

57 ℂ † Et id quidem, vt ille subdit, confirmatur: quia ex parte illius detentoris alii rem tradentis maior est dolus, quando est adhibitus in committendo, scilicet tradendo rem: q̃ in omittendo, scilicet negligendo, vel demittendo. l. si ex causa. §. nũc videndum, & ibi not. ff. de dolo malo. Cui adde quantum ad hanc rationem, glo. in. l. si mora ff. solut. matrimo. & ibi Bal. qui eam aureis literis scribendam dicit, Imo. Paul. Castren. & Franc. Rip. & aliam glo. in. l. 2. ff. de SC. Silla. quam sing. dicit ipse Bald. in rub. de treug. & pace, in prin. & aliam quoque expresiorem in. l. Lege Cornelia, in verbo, cedẽ admisissent. ff. eod. titu. de SC. Silla, & e Theolo. Alexan. Hales in. 2. parte summæ. q. 130. membro. 6. & 4. sequ. membr. & Diuum Tho. 2. 2. q. 79. ar. 4. & alterum Diuum Bonauẽ. lib. 2. sentẽ. di. 4. ar. 1. q. 1. & latissime alicubi dicemus. Et hoc casu, vt redeamus ad Aret. procedit communis illa opi.

58 ℂ † Sed vbi ille, qui recepit rẽ ex traditione, potest probabiliter ignorare tradentẽ possidere noie alterius, non est eadem ratio extendẽdi. d. l. vl. ad casum nostrum: nã in ead. l. ille qui occupat possessionem vacantem, nemine sibi tradente, in culpa est. l. vlt. C. vnde vi. quæ culpa cessat in hoc casu, cum quis tradit, vel realiter, vel per constitutum, propter probabilem errorem. l. vlt. & ibi no. ff. de adult. Hæc propemodum Fran. Are. quem sequitur Io. Mõtesc. in rep. l. si is qui pro emptore,

char.pen.col.2.ff.de vsucap.& Hiero. Gratus consil.36.viso processu ac diligenter,ad fi.l 1.

59 ℭ † Cui statim occurrit Claudius Aquen.quem Seissellum sæpe voco,in.d.l.exitus, col.1.ver.sed Are.hic expresse, dicēs ꝙ licet.d.l.vlt.non habeat locum in nostro casu, quantum ad id,vt retineatur possessio ciuilis per dominum: tamen quantum ad hoc, vt subueniatur domino, qui perdidit possessionē, vt eam recuperet,locum habere debet, ar.l.colonus,&.l.cum fundum..ff.de vi & vi arma.de quo tamen pollicetur se dicturum in.l.peregre.§.quibus.ff.de acquir.posses.quo in loco idem concludit post alios multos,vt ibi videre poteris. Et ita non obscure manet in communi opi.Pro qua etiam facit vltra illum, ꝙ si constitutarius potest vi & propria authoritate tertium,qui rem occupauit,recta deiicere,& suam sibi possessionem asserere ac vindicare, vt potest, vt diximus supra nu. 42.ei autem quod diximus, & seq.Quanto magis id potest intentato iudicio aduersus hunc tertiū? arg.d.l.3.C. de pigno.

60 ℭ Nec solus tamen fuit Aret.in ea opi.aduersus illam communem sententiam.Nam & eiusdem quoq; opi.fuit Barb.cō si.28.scripsit bellissime,col.1.& seq.lib.1.Eam enim inquit,esse regulam generalem. vt creditor agere non possit contra tertium, nisi prius excusso debitore, per.d authen.hoc si debitor.C.de pignor.nec ei regulæ obesse.d.l.vltima.C.de acqui. posses.Eam enim nuncupatim loquitur in seruo,procuratore, colono, & inquilino, qui non possident, sed tantum detinent nomine ac ad commodum ⁊ vtilitatem domini. Ideoq; si interuertunt possessionem domini, potest idem dominus recta intendere condictionem ex ead l.vlt.non excusso seruo, procuratore,colono, inquilino;quia in alium transtulerunt id qđ detinebant ad vtilitatem domini. Ideo non mirum, si non sit necesse eosdem trāsferentes discutere, At hic loquimur in debitore, qui licet transferat possessionem per constitutum vel precarium. Tamen creditor constitutarius sibi non possidet simpliciter,sed debitori & ad eius utilitatem.l.serui nomine.ff. de vsucap.&.l. sciendum.§.creditor.ff.qui satisda.cog.& dicemus infra in.29.limita.nu.8.scio autem.

61 ℭ †Nec debet,vt ille subdit, ea.l.iuris communis correctoria

aut certe exorbitans trahi ad alios casus siue personas, q̃ de quibus locuta est, per iura vulgaria illic ab eo citata, quæ non necesse est huc aliter afferre. Pręsertim cum eadem. l. loquatur de domino, cum dicit, nihil penitus domino pręiudicii generetur. At certum est creditorem non esse dominum, ac nec possessorem quidem, vt diximus. Ergo in eo non potest habere locum. d. l. loquens in domino. Nec enim lex aut quæuis alia dispositio potest trahi ad casus aut personas, quibus verba ipsius adaptari non possunt. l. 4. §. toties. ff. de dam. infer. cũ aliis multis concor. a me adductis in repe. l. si vnquam, in verb. libertis, nu. 2. nam & ibi. Etiam si verba dispositionis, vt hoc quoq; addas, pro maiori parte conuenirent, ex sententia Hiero. Crati, consi. 63. ex themate, col. 2. versi. quinto confirmatur, lib. 1. per no. a Iacob. But. Salyce, & Fulgo. in. l. mancipia. C. de ser. fugiti. cum si.

62 ℭ † Nec obstat, vt dicit idem Barb. ꝙ ead. l. post eos, quos supra diximus, scilicet seruum, procuratorem, colonum, subiungit, vel quispiam alius, quibus verbis innituntur plurimi, quos pro contraria parte adduximus. Nam per huiusmodi verba non possumus alias personas intelligere, q̃ similes præcedentibus expressis, per textum, quem dicit valde singu. in. d. l. si fugitiui, iuncta glo. vlti. ff. de seruis fugitiuis, vbi cum textus, dixisset aut metallo dentur, aut qualibet alia pœna afficiantur, addit glossa, simili. Cui adde & aliam glossa, in. d. l. quidam relegatus, in verbo, amicis. ff. de reb. dubi. & in. c. sedes de rescrip. Et id quidem probe nouit Diuus Hieronymus in apologia cõtra Rufinum. Miror, inquit, te hominem prudentissimum nõ intellexisse compositionis artem meæ. Quando enim dico, ita tamen vt non iuxta aliam hæresim omnes in vna ætate positi sint, id est, omnes in angelos reformentur: ostendo & ea, de quibus disputo, esse hæretica.

63 ℭ † Quod siquis præterea obiiciat eam. l. vlti. non solum loqui de domino, sed & de eo quoq;, circa quem negligenter vel dolose alius versatus sit, vt scilicet non tantum in domino, sed & in alio procedat. Sciat & huic obici responderi ex aliis verbis eiusdem. l. quæ sunt huiusmodi, per quem licentia est nobis possidere corporaliter. nam ex his verbis intelligis eam. l.

loqui in eo qui ſimpliciter poſsidet per aliũ. Creditor autem (quod iã diximus) non poſsidet ſimpliciter: nec ſibi, ſed ad utilitatẽ debitoris. Cæterũ ea.l. ad fi. ita loquitur domino rei, vel ei, qui ad eam detinendam præfatas transmiſerit perſonas. Et ſic nõ poteſt intelligi in debitore alienãte, qui non eſt trãſmiſſus ad detinẽdum: ſed in eo tantum intelligitur, qui erat ſolum detentor, & qui doloſe vel negligenter tranſtulit poſſeſsionem in alium. Debitor aut. m non eſt ſimplex detentor, ſed percipit & fructus ſuos facit: & proprie ac effectualiter, vt ipſe loquitur, poſsidet, cum fructus ſequantur poſſeſſorem. l. litibus C. de agri. & cenſit. li. 11. cum ſit. Hæc ferme Barb.

64 ¶ † Verum ut cunq; ſit, illud tamẽ non omittendũ dicimus, Roma. d. con. 189 ſuper primo quæſito, paulo ante fi. illud quod ſupra diximus ex communiori noſtrorum calculo, ſcilicet cred torem conſtitutarium agere poſſe contra tertium, debitore non excuſſo, intelligere. vt procedat durante conſtituto uel precario, non etiam eo finito, per mortem conſtituentis, per. l. cum precario. §. precarii. ff. de precar. & c. vltim. extra, eod. titul. Et idem uoluit Corne. conſi. 190. ad euidentiam præmitto, col. 1. uerſicu. item eſt præmittendum, lib. 1. Iaſon qui id ſingu. dicit in. d. §. ſi quis in fraudem, char. 10. in paruis, uerſicu. tertio limitatur, ad fi. Inſti. de actio. & Hiero. Gratus cõſil. 63. viſis elegantiſsimis dubiis col. 4. verſi. ad quintum reſpondetur, li. 2. Et bene facit quod ſcribit Angel. in. d. l. vl. col. item vlti. verſi. tu autem ſequendo. C. de acqui. poſſeſ. per. l. ſi de eo. § 1. ff. eo. tit.

65 ¶ † Tamen cõtrarium ex diametro tenuit Claudi. Aquen. in d. l. exitus. ff. de eo. tit. quia licet, inquit finiatur precarium morte rogantis, non tamen extinguitur actio nata ex eo cõtractu, ut dicit gl. in. d. §. precarii. Nec ſimiliter finiri poteſt actio, quæ ſemel competiit creditori ad recuperandam poſſeſsionẽ. Imo licet accipiens precariũ decederet, nulli tradita poſſeſsione, tamen concedens non amitteret poſſeſsionẽ, niſi in apprehendẽda naturali poſſeſsione neglıgẽs fuerit, vt etiã no. i. d. l. ſi de eo §. 1. Sed tu hic omnino uide quæ dicã infra in 13. amplia. ubi late tracto an precarium finiatur morte cõſtituẽtis, & rurſum in 21. limita. ex quibus facile intelliges, quid hic dicendum ſit.

66 ¶ Sed & secundo modo intellige & sing. ut scilicet agi possit contra tertium possessorem non excusso debitore, nisi tamē statuto cautum esset, vt fieret excussio, antequam agi possit contra tertium. nam licet id statutum non exprimat, etiam si interuenerit clausula constituti, tamen ita debet intelligi, vt non obstante ea clausula debeat fieri excussio, ut scilicet in forma, & ad unguem seruetur statutum. Ita enim solus omnium quorum nunc memini, uoluit Alex. d. con. 83. viso processu, ad fi. lib. 6. allegans. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transacti. & . l. qui Romę. §. Flauius. ff. de verbo. oblig. & c. cū dilecta, de rescrip. & not. a Bald. & Imola. in. l. 1. ff. de libe. & posthu. Cui & aliā rationem addere potes, q̄ statutum ita debet intelligi, vt aliquid addat iuri communi, ex plurimorum sententia, quos tibi late cumulaui in nostro tracta. Retractuum, titul. 1. §. 9. glossa. 2. numero. 56. contrarium tamen. de quo & nos copiosius dicemus in nostro tractatu cui titulus erit, nihil frustra.

67 SED ET EX iisdem fontibus illud exit, q̄ cū furtū dicatur contrectatio rei alienæ. l. 1. ff. de furt. Ideoq; fieri non possit sine contrectatione. l. possideri. §. si rem. ff. de acqu. possess. propterea q; quis simpliciter uendendo rē alienam furtum non committit, nisi eam tradiderit, vt voluit glos. not. in. l. item si res, in prin. in glo. magna, ad medium & ibi Bar. ff. de alie. iudic. mu. caus. fac. & glo. in. l. si seruum uestrum. C. de furt. Ideo si quis vendit scienter rem alienam, & se constituit possidere pro emptore, furtum committit, vt voluit Saly. in. d. l. si seruum uestrum, & sequitur, & dicit no. Iason in. d. §. si rem, col. 2. in. 2. lect. Sed tu hic omnino vide quæ dicam in 26. limitatione num. 3. item cum scienter, & iterum nu. 7. quantum uero ad secundam.

68 A QVO NON longe illud dissidet, quod si is qui se constituit uel simpliciter vel precario possidere nomine alterius, nolit, ei cui ita constituit, rem restituere, censetur eum spoliare. poteritque contra eum agi remediis aduersus spoliatores competentibus. l. vltim. versiculo & contra, vbi Bar. not. ff. de precar. & . l. non ab re, & ibi etiam Bart. & Bald. C. vnde vi gl. in. l. si pignore. in verbo, tenetur. ff. de pignor. acti. & late Matthe. Afflic. qui alios citat, in deci. Neapo. 40.

Ca us est iste referente domino,nume.14.& in.c.si facta, col. 2.versicu.adde ad prædicta,titu.si de feud.fuer. contro.inter do.& agna. Ad quod ēt vide quæ dicam infra in.11.ampliat.

69 ¶ † An autem posit illum propria authoritate expellere dubitatum est,id enim negat Innocen.in.c.bonæ.l.2.in verbo, requisitis,de postul.præla.quia negatione,inquit, fit res dubia. At Bald.in.l.2.colum.5.in.10.quæstio.C.de seruit. & aqua.id Innoc.dictum tum demum esse verum dicit, si de eo penderet iudicium a spoliato intentatum:nam cum actor elegit viā iudicii,videtur fuisse meticulosus & ad viam facti redire non potest, vt ex eo etiam diximus supra nume.38. sed id tamen, At si non erat controuersia in iudicio mota, negatio verbi nil operatur,quominus verus possessor sibi ius dicere & possidere posset.l.si seruus.C.quod cum eo. Nisi possessio sit interuersa.l.colonus,&.l.cum fundum.C.de vi,& vi arma. Hæc ille, quem & tu uide in.l.2.col.2.uersicu.quæro an dominus, & in 2.sequente quæstione.C.de iure emphyt. & quæ diximus.d. uersicu.sed id tamen.&.2.seq.

70 ILLVD QVOQVE, ex eo fit,† ꝙ si uenditor constituerit possidere rem uenditam,pro emptore nunquam currit prę scriptio contra hunc emptorem,quandiu is qui ita constituit, eam rem tentet,iuxta.l.male agitur.C.de præscri.30.uel.40. an.Et ita quidem & consulte Bal.consi.369.uenditor se constituit,ad fin.lib.5.& sequitur Fabia.a monte,S.Sabini,qui tamen illud consi.nō designat,in tractatu de empt.& uend.in.6. quæst.princ.col.14.eiusdem quæstio.uersic.secundo quia non currit.Cui adde,ꝙ idem uoluit ipse Bald.in.d.c.si facta, col.2. uersicu.pone uendo tibi,& ibi post eum Matthe.Afflic.qui id dicit no.colum.3.nume.21.titul.si de feu.fuer.contr.inter domi.& agna.& Barb.in.c.ulti.col.penul.de preca.Sed tu hic ui de quæ dicam infra in.21.limitat.

71 ET ILLVD item,† ꝙ si quis missus fuerit in possessionem bonorum debitoris coutumacis pro modo debiti,& expensarum,secundum.l.cum proponas.C.de bonis author.iudi.possiden.&.c.quoniam frequenter.§.sin autem super, extra,ut lite nō contest.is debeat re credere a possessione, oblata satisdatione,quia sic satisfactum est iuri. Hoc tamen minime procedit,

si debitor se constituerit possidere precario pro creditore. Nã & si tunc propter obseruandum iuris ordinem deberet extra possessionem mitti. tamen statim deberet etiã in possessionem reponi, ac. l. cum debitoris. C. de iudi. ꝛ. c. cum dilectus, de cau. posses. & proprie. Ita enim uoluit Bald. in. d. §. si nautem super. col. ulti. uersi. sed hic quæro ecce.

72 SED ET ILLVD, † quod ab eodem Bal. scriptum est in l. si traditio, col. 3. in. 9. quæsti. C. de act. emp. dum quærit, quia in ea. l. dicitur, ꝙ uenditor post moram traditionis tenetur ad fructus, An uenditor teneatur colere fundum uenditum, ante quam tradat: & si id non faciat teneatur ad fructus, ac si coluisset. Et distinguit. Nam aut uenditor obtulit rem emptori, & potest negligere culturam ipsius: l. si mora. ff. solu. matri. & l. si uenditor ex hæreditate. ff. de actionibus empt. Aut non obtulit: & tunc refert, an sit in facultate emptoris colere, quia uenditor se constituit precario possidere nomine illius, & idem dicendum est: alias secus, ar. l. uenditor. ff. de act. empt. loquentis de custodia. Et id dictum pro sing. retulit Alexand. in. l. si seruum Stichum, colum. 2. uersi. in glos. in uerbo, non faciendo. ff. de uerbo. obliga.

73 ¶ † Saly. quoq; de hac re loquens in. l. post perfectam, uersi. ex his habes. C. eo. tit. de act. empt. Si uenditor, inquit, simpliciter, id est, sine precario constituerit se possidere pro emptore ꝛ ita sit liberatus actione ex empto, per not. in. l. ab emptione. ff. de pactis, & diximus supra nu. 7. ex illa autem, manetque apud eum tantum simplex rei detentatio ꝛ custodia, nullamque habet ipsius administrandæ potestatem. Ideo ad ipsius culturam non tenetur, cum in nulla sit mora, per iura supra allegata, quæ & ipse citat. Sunt tamen, ne id omittam, qui tenent semper esse periculum emptoris, qui non petit rem sibi tradi, ut per Barto. Alexand. & alios in. d. l. si seruus Stichum. & docto. in. d. l. si mora.

74 DENIQVE ET ILLVD, † ꝙ cum dubium sit, an ualeat donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, quoniam ea, ut nonnullis placet, aufert liberam testandi facultatem: & sunt multi eius sententiæ, ut non ualeat, si processum sit ad traditionem: quoniam dominium transtulerit, nec possit

postea quicq; de illis testari. Ideoq; & si interuenerit constitutũ vel precarium, non valebit: quoniam possessionem transtulerit, abs seq; abdicarit omnem disponendi facultatem. Ita enim voluit Ang. in. l. stipulatió hoc mòdo cõcepta, col. 2. ver. quin imo & hic do, & ibi quoq; Imo. col. 3. ver. & propter hoc dicit, non semel, & Ro. col. 6. ver. dicitur autem dominiũ. Alex. col. 7. ver. Ro. hic circa hoc. ff. de verb. obli. & apertius idem Ang. con. 179. visis prædictis instrumentis, col. 4. ver. concludo igitur, & ver. vbi autem interuenisset.

75 VT TAMEN † non prætermittam, quod a Pau. Ca. scriptum est, in. l. 1. §. si rem depositam. ff. deposi. ꝙ cum is qui rẽ depositam vendidit, & eam postea redemit in causam depositi, teneri eum depositi, etiam si siue dolo malo res perierit: quia semel dolum commisit, cum vendidit, vt ibi scribitur. In quã rem tamen requiritur traditio, alias non incideret in eam pœnam, secundum glo. Bar. & alios ibi. Certe in hoc sufficit traditio facta per cõstitutum, vel precarium, vt ibi dicit ipse Pau. Cast. Quod nota ad ea quæ dicam infra in 29. limita.

76 NEC QVOD. † a Baldo traditum est con. 478. quidam franciscolus, col. 2. ver. & modo sic est, lib. 1. ꝙ licet conditio in contractu apposita impediat effectum ipsius contractus ante eius conditionis euentum. l. hæc venditio, in prin. ff. de contrahen. emp. & l. grege. §. si sub conditione. ff. de pign. cum si tamen nulla conditio impedit principium essentię contractus si ventum est ad traditionem, per. l. sine conditione. ff. de solu. & l. 1. ff. de vsuca. pro dote. In quam rem, ait, sufficit etiã simplex precarium, siue qualiscũq; traditio, per tex. singu. in. l. si fundum. ff. de fund. dota. de quo & nos diximus in nostris retractibus ti. 1. §. 1. glos. 2. nume. 28. ꝙ si prior.

SECVNDA PARS

PRIMA AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum est actus fictus traditionis. & ex eo transfertur uera & propria possessio.*

3 *Verbum uidetur an semper fictionem denotet. & nu. 7.*

4 *Possessio quæ transfertur ex constituto uel precario comprehenditur sub statuto de possessione loquente.*

5 *Possessionem constitutitiam esse fictitiã et impropriã. nu. 6.*

6 *Intellectus ad l. certe. ff. de preca.*

1 AMPLIA multis modis hanc nostram principalem sententiam, qua dictum est transferri possessionem ex cõstituto simplici, vel cum precario. † Et primo quidem vt licet constitutum vel precarium sit actus fictus, & ficta traditio, vt no. glo. in. l. ab emptione, in verbo, cõstituantur, & ibi doc. ff. de pactis. & Bar. in. l. si is qui pro emptore, colum. penulti. in. 7. eademq; vltim. quæsti. ver. quid dicemus. ff. de vsucap. & in. l. certe. ff. de precar. & Bald. in. l. prima. C. de suffrag. & in. l. 1. C. de vsucap. pro donato, & in capitu. cum venisset, colum. 1. versiculo, ibi cum is possidebat, de restitu. spoliato. Corne. consilio. 343. in causa vertente, colum. tertia, versiculo, verba autem prædicta libr. 1. & consil. 8. circa primum, colum. secunda versiculo, ficta autem lib. 2. & notat in. l. quod meo, in princ. & in. l. interdum. ff. de acquir. posses. cum infinitis si.

2 ¶ † Licet igitur, vt repetam, constitutum & precarium sit ficta traditio: tamen ex eo transfertur vera ac propria possessio: ac si vera traditio interuenisset, per textum. nota. in. d. l. certe. §. 1. ibi, proprie possidere videor, & ibi Bartolus, & Ra-

pha.Co.qui expresse notat,& idem Bartolus,in.d.l.ab emptione,in fi.& ibi quoq; Bal.ad fin. Angelus, Raphael Fulgo.ff.de pac.& idem Bart.in.d.l.si is qui pro emptore,ubi supra,& ibi etiam Imo.col.ulti.uersicu.circa quintam & ultimam, & Ias. col.72.uersicu.secunda conclusio,ubi dicit singu. in id text.in d.l.certe,col.antepe. uersicu.3.pro ista opi. Bald. qui & eum tex.dicit singu.in.l.1.§.ne autem,uer.item non q in omnibus. C.de cadu.tol.& in.l.1.col.2.versi.10.quæro.C. quan. lice.ab empt.disce.& in.l.1.C.de acqui.possess.ubi ex illo text.no. q licet modus acquirendi sit fictio,acquisitum tamen est ueritas, & substantia,& in cap.1.§.item inuestitura, titu.de not.feud. Io.And.in addi. Spe.tit.de emp.& uend.§ 1.uer.& not.q ex presse,in addi.inci.hic dubitatur.Saly.in.l.1.ad fi.C. per quas perso.nob.acqui. Ang.consi.336.Sempronius,in prin. Io.Bapti.Perus.gener Bar.in tracta.de arbit.lib.1.c.11. in fin.Anto. in.d.c.cum uenisset,col.3.uersi.& nota,q si aliquis, & ibi Panor.col.3.uersi.de quo multum,de resti.spolia.idem Ant.con. 34.casus emphyteuta uendens. & ipse Panor.in.c.2.col.ulti. uersi.sextum exemplum,in fi.de consuet.ubi & illum tex.in d.l.certe dicit no.Paul.Cast.Roma.& Alexand.in.d.l. quod meo,in prin.ff.de acqui.possess.idem Roma.loquens de omni ficta traditione,ut ueram possessionem transferat, in.l.traditionibus,col.1.C.de pactis. Ang. Aret.in.§.per traditionem, col.1.uersi.sed tu aduertas,Inst.de rer.diuin.& in.§.actionum, col.5.uersi.quæro fit instrumentum,ubi dicit sing. & ibi quoq; Iason.ch.13.in paruis,uersi.item diligenter aduerte,Institu.de actio.Alex.consi.83.uiso processu,col.2.in fi.lib.6.repetito inter con.Fran.Curtii Senioris,con.22.Corne.con.89.uiso suprascripto,col.2.uer.cum itaq;,lib.3.& con.183. licet discussa, col.3.uer.nec ob.si dicatur,lib.3.& consi.216.in causa uertente,col.1.eo.lib.3.& consi.235.uidetur in hac consultatione,col. 2.uersi.uideamus itaq;,ad fi.eius uer.eo.lib.3.& consi.40.uiso processu,col.2.uersi.his tamen non ob.in fi.eius uer.lib.4.Barba.in.c.2.col.antepe.uersi.sed dubito utrum,de consue. ubi id dicit generale in omni possessione,quæ per actus fictos quæritur,& con.8.sapiëter,col.15.uer.& adduco,lib.2.Guid.Pap. decis.Delph.356.quot & quos effectus,in primo effectu,in fin.
& in

& in statuto, si quis per literas, in verbo, possessio, col. 4. versi. secundus effectus. & con. 192. ex facti narratione, in fi. Soci. & Iason in vtraque lect. in. l. 1. §. si iussérim, ille col. 1. hic. 2. uersicul. quid tenendum. ff. de acqui. posses. & idem Iason in l. generaliter, in. 1. no. eo. tit. in. 2. lec. & in. l. si quis ante, post prin. eo quoq; ti. etiam in. 2. lec. & consi. 147. præsens consultatio, col. 8. versi. Item per constitutum, li. 2. & consil. 148, viso processu, col. 2. uersicul. item non est probatum, lib. 4. Cardi. Alexãdri. in. c. 1. §. callidis, col. 1. titu. de prohi. feu. ali. per Fed. Iacob. a sancto Georg. in tracta. feudo. in verbo, & cum pacto de non alienando, col. 2. versicu. ex hoc infertur, in fi. Carol. Rui. cõsi. 224. prosequendo, col. 2. nume. 4. lib. 1. Philip. Deci. in. l. contractus, col. 5. versicul. & notandum est. ff. de regu. iur. & consi. 153. in effectu quæritur, col. 2. Fran. Balb. in repe. l. Celsus, col. 28 uersicu. successiue quæritur, ibi, & pro intellectu. ff. de vsucapi. & in tracta. præscripti. in. 3. parte. 3. partis prin. in. 3. quæsti. versicul. & nota quod possessio. Steph. Bertran. consi. 174. ex progressu, col. 1. li. 2. & Fran. Ripa. li. 1 respon. c. 1. num. 88. Alcia. in. l. alienatum, in prin. ff. de verbo. obliga. Fred. Loaz. in repe. l. filiusfa. §. Diui, char. 15. versicu. vnum tamẽ. ff. de lega. 1.

3 ℂ Et ad hoc quoq; præter. d. l. certe. §. 1. ff. de preca. quæ solet in id quotidie allegari. facit tex. in. d. l. quod meo, in princ. ff. de acqui. poss. in illis uerbis, is possidet, in quibus quidẽ uerbis illud animaduertẽdum, quod dicitur, possidet, quod est verbum veritatis, non autem dicitur, possidere videtur, vt etiam ibi annotarunt Bar. in fi. Paul. Ca. Roma. & Alexan. statim post prin. Et alius tex. in. d. c. cum uenisset, in fi. de resti. spoli. vbi ita scribitur, cum is possideat, cuius nomine possidetur. Et in. c. si diligẽti, de præscripti. ibi, is possidere dicitur, cuius nomine possidetur. Quos etiã textus, in id expẽdit Iason in. d. l. generaliter. ff. de acqui. posses. qui ob id dicit post Soci. ibi, ꝙ verbũ videtur quo is text. vtitur, nõ semp denotat fictionẽ & idẽ Ias. in. d. l. si is qui pro emptore, col. 72. versi. adde inquantum. ff. de vsucap.

4 ℂ † Proptereaque multi ex his, quos supra uersic. ab hinc. 2. citauimus, expresse & ueluti conceptis uerbis uoluerunt eã possessionem ita, vt diximus, translatam, scilicet per constitutum simplex, vel precarium, comprehendi intelligique sub statuto

D

ſimpliciter loquente de poſſeſsione, veluti ſit vera, & propria poſſeſsio: alias enim in ſtatuto non cõprehẽderetur. Eius enim ſententiæ inter cæteros fuit Ang. Are. in. d. §. actionum, quibus locis ſupra citauimus, inſti. de actio. & Guid. Pap. in d. ſtatuto, ſi quis per literas, vbi ſupra, dum loquitur in materia ſtatutaria.

5 ¶ † Nec defuerunt tamen, qui contrariũ dicerent, videlicet huiuſmodi poſſeſsionem conſtitutitiam ſiue precariam, non eſſe veram ac propriam, ſed fictitiam & impropriam. Nam & id voluit Alexan. ſibi contrarius in add. Bar. in. d. l. ſi is qui pro emptore, & Iaſ. ſubobſcure in. l. ab emptione, in fi. ff. de pactis: quo in loco atq; etiam in. d. §. actionum, Inſti. de actio. dicit hanc quoq; partem tenuiſſe Bald. in. d. l. 1. C. de ſuffrag. & in d. l. 1. C. de vſuc. pro donat. idemq; videri uoluiſſe Bar. in. d. l. Titia, col. vi. verſi. quid ſi do fuudum meum pro arris. ff. de verbo. oblig. Licet tamen ipſe Bar. ibi, nec volui, nec voluiſſe viſus eſt, vt qui nihil de hac re priuatim dicat, præterquam ꝙ conſtitutum nõ ſufficit in eo caſu, de quo loquitur, & de quo poſtea dicemus in 20. limitatione, iterumque in. 26. limit. nu. 4. denique qui arras. Nec item Bald. in. dd. locis id voluit, ſed illud tantum, ꝙ conſtitutum eſt ficta traditio. quod & eo, & aliis multis diximus ſupra nu. ab hinc. 5. & nemo negat. Sed an ex eo transferatur vera, an ficta poſſeſsio, non aperit in illis locis.

6 ¶ † Illud tamen dixerim, illum tex. in. d. l. certe. §. 1. ff. de precari. quo omnes innituntur ad probandum hanc poſſeſsionem eſſe veram & propriam, vix ad id quicquam facere: Nã illud tantum dicit, ꝙ ſi procurator meus, me mandante vel ratum habente, precarium rogauerit, ego precario proprie habere dicor. Hæc enim ſunt verba eius. l. quæ nihil aliud ſignificant, quam ꝙ ſicut is qui rogauit precario, habet, vt dicitur in. l. 2. in prin. & in. l. in rebus. §. meminiſſe, eo. tit. cum. ſi. ita & is, cuius nomine procurator precario rogauit. quaſi dicat nihil intereſſe an tu per te precario roges, an alius te maudante uel ratum habente. Et ita ſcienter intelligit eum tex. Bald. in. d. c. 1. §. item in ueſtitura, tit. de notis feudo. vbi tamen loquitur de nũcio, ⁊ in. c. bonæ, col. 2. verſi. Ber. colligit, de ſenten. & re iudi. vbi per eum text. dicit, quod in his quæ ſunt facti, & per alium plene acquiruntur, is qui per aliũ poſsidet, ipſe vere intelligitur poſsidere,

non per fictionem, Id est, vt clarius intelligas, ipse per æque vere posidet, ac si ipsemet in possessione esset, ac rem detineret. Et idem quoq; Bal. in tracta. de pactis, char. 7. col. 2 uersi. iuxta hoc quæro, & con. 234. decretum, colum. 2. lib. 1. & iterum consi. 242. quia ueritas stat, col. 2. eod. lib. 1. & Iason in. d. l. si is qui pro emptore, in. d. uersicu. secunda conclusio & quod plus est, satis ex his intelligis eum textum non loqui de eo cui factum est precarium, sed e diuerso de eo qui facit: qui scilicet rogat precario, & ita transfert possessionem in eum, cui facit & tamen posidet. de quo & tu uide quæ dicam infra in hac eadem parte. 2. in. 25. amplia. nu. 2. hanc autem sententiam.

7 ¶ † Porro pro posteriori illa opi. quæ dicit, hanc possessionem translatam per constitutum uel precarium esse fictam, ui detur facere tex. in. d. l. generaliter. ff. de acqui. posses. cuius hęc uerba sunt, generaliter quisquis omnino nostro nomine sit in possessione, nos posidere uidemur. nam uerbum illud, uidemur, ex sua propria, & natiua natura fictionem denotat. l. 1. §. deieciſſe, iuncta glo. in uerbo, uidere. ff. de ui, & ui armat. & l. singularia. ff si cert. peta. & l. si quis fundum. ff. de usuca. frau. Bart. in. l. si is qui pro emptore. ff. de contrahen. empti. Franc. Are. consi. 124. eximie domine, colu. 2. & doct. ubique. Nisi diceres post Soci. & Iaso. in. d. l. singularia, uti etiam supra diximus, quod in eo loco id uerbum est expressiuum ueritatis, ut sæpe alias est, uti etiam notat Bar. in. d. l. si is qui pro emptore. ff. de usucap. Vel etiam ut dicit idem Soci. quod fictio ibi denotetur, respectu posidendi: quia quod fit ab hospite conductore, constituente precario, aut procuratore nomine domini, nō dicitur dominus uere facere, licet vere posideat: sed ficte facere uidetur, ut no. in. d. §. deieciſſe. Mihi uero, ut uerum fatear, uix probabile est, ut ex ficto actu traditionis possessionis, vera ac propria possessio transferatur. Nam quomodo quod fictum est, operari & producere potest uerum & proprium effectū? quod item fictum est dare rem non fictam, argu. l. traditio. ff. de acquir. rer. domi. Tamen alia opi. cōmunior est, & eam etiam sequi solemus. Sane opinionem ... cum ... in ... de adificien. foll. 5. num. 715.

II. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Confeßio constituti, proinde ualet ac ipsum constitutum, & numero. 2.*
3 *Et quid si sine constituto possessor fateatur alterum poßidere, an in eum transferat posseßionem.*
4 *Confeßio non immutat rei u enditionem.*
5 *Propter nostrũ affirmare uel negare, nihil in re mutatur.*

1 AMPLIA SECVNDO, † vt hæc sibi locum vendicent, non tantum cum quis se constituit possidere pro alio, sed & cum confitetur se id facere: etiam si id aliter non faciat: quia per huiusmodi simplicem confessionem non secus atque per ipsum verum constitutum transfertur possessio. Id enim voluit glo. no. in. d. l. ab emptione, in verb. constituatur, post prin. & ibi Bal. qui eam dicit sing. in vtraq; lect. Ang. Raph. Fulg. Ias. & Iaco. a sancto Geor. ff. de pac. idē Bal. in. l. 1. circa med. & ibi Cepol. col. vlt. C. de vsuca. pro donat. ipse Bal. in. l. traditionibus, col. 1. C. de pac. & in. l. cũ falsa, col. 1. versi. 3. oppo. post Cy. ibi in 4 q. C. de iur. & fac. igno. & in. l. 2. col. 8. versi. sed quid si quis. C. de seruit. & aqua. & in. l. 1. col. vlt. C. quan. lice. ab empti. disce. & in. l. 1. col. 15. ver. quæro si corã iudice. C. de confes. vbi & illam dicit sing. & in. l. licet, colũ. 1. & ibi quoq; Ang. col. item. 1. C de acqui. posses. & idem Bal. in. l. cũ nemo, col. 2. eo. tit. & in. l. vlt. col. pe. in. 8. q. C. de ædic. diui adri. tol. & in c. bonę, lo. 2. versi. ille qui precario, de postu. prælat. vbi & illam dicit sing. & con. 397. casus talis est, li. 1. & cõ. 267. in causa Petri, ver. præterea gl. dicit, lib. 3. Alb. in. l. error, col. 2. versi. quando autem noceat. C. de iur. & fac. igno. Raph. Co. in. d. l. quod meo, col. 2. versi. & circa primum. ff. de acqui. poss. Alex. in. d. l. interdum, in prin col. vlt. ff. eo. lib. Ang. Are. in. §. per traditionem, col. 1. ver. sed tu aduertas, Insti. de rer. di ui. Barb. in. c. vlt. col. pe. de precari. Vitalis Camb. in tract. clau

ſul.§.enunciatiua verba confeſsionis, col.9. Lanfranc.Oria.in repe.c.quoniam contra falſam in materia teſtium, quo loco de probatione poſſeſsionis differit, de probati. vbi & illam gl. dicit ſing.Stepha.Bertran.conſi.4.parum refert, nu.16.li.2. & conſi.222.olim fuit, nu.6.lib.3. Et bene facit quod ſcribit Spec. tit.de confeſsio.§.nunc videndũ, ver.ſed quid ſi confiteor.

2 ℭ † Et quanquam ea glo.a multis pro ſing.citatur, vt patet ex his quæ diximus. Tamen eſt alia ei omnino ſimilis, in.l.2. in verbo, tradita. C.de acqui.poſſeſ. vbi Bal.ipſe, qui inter cæteros illam priorem vbiq; dicit ſing. & Ang. eam annotant, & eam quoq; Ang.dicit ſing.in eo, vt iſta confeſsio poſsidẽdi nomine alterius ſimpliciter operetur translationem poſſeſsionis etiam ſi dictio precario adiecta non fuerit. Ex quo ſatis intelligis verum eſſe, quod olim a Catoue ſacco legum interprete celeberrimo dictum fuiſſe refert Barb.alicubi in titu.ff.de uerbo.obli.illum debere ſuperare memoriam Themiſtoclis ſiue Mithridatis, qui textum aut glo.dicit ſing.

3 ℭ † Sed ne tu hic decipiaris lector amãtiſsime, hęc velim intelligas procedere, quæ diximus de confeſsione conſtituti, cũ ſ.quis confitetur poſsidere nomine alterius. Ita enim ſemper locuti ſumus. Secus ſi quis ſimpliciter fateatur, alterum poſsidere, cum ipſe qui fatetur, poſsidet; nec enim per huiuſmodi confeſsionem perdit poſſeſsionem, quã habet: nec in eum quẽ fatetur poſsidere, eam transfert, ſm Bald. ipſum in.d.l.1.quo

4 loco ſupra citauimus. C.de confeſ. † Neq; enim alias falſa confeſsio immutat rei veritatem.l.cum falſa.C. de iur. & fact. igno.&.l.aſſumptio.ff.ad municip. Ex qua noſtrates illud aſſu

5 munt, † propter noſtrum affirmare vel negare nihil mutatur in re. Quod Ariſtotelis eſt ex libro περὶ ἑρμηνείας, vt alibi monuimus. Et facit.l.prædia, & ibi no.ff.de acqui.poſſeſ.

III. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutum transfert poſſeſsionem rei abſentis & nu.2.*

3 *Clauium traditio an operetur poſſeſsionis rei abſentis traditionem.*

4 *Traditio instrumentorũ trãsfert possessionẽ rei absentis.*

1 AMPLIA TERTIO, † vt procedat etiam si res quam quis constituit possidere nomine alterius, sit absens, cum fit cõstitutum, vt non obscure voluit Specu. titu. de emptio. & venditio. §. 1. versicu. & nota quod expresse, ibi nota ꝙ si res, & Antonius in. c. cum venisset, colum 2. versicu. ex quibus patet, de restitutio. spolia. dum dicit, quod per instrumentum non probatur possessio, nisi interueniat actus constituti, vel nisi fiat in re præsenti, aperte innuens alterum sufficere, Raphael Com. in. d. l. quod meo, colum. 2. versicu. secundo restat ff. de acqui. possessio. Imola in. l. prædia, ad fin. ff. eodem titu. & consi. 57. viso quodam instrumento, paulo ante medium, & expressissime Petr. Ferra. in titu. for. positi. actor, in verbo, item quod præscriptus, colum. 2. versicu. nec isto casu, & Iason qui nullum horum memorat, in. l. stipulationum aliæ. §. stipulatio, colum. vltim. ff. de verbo. obliga. Et Vitalis Camba. in tractatu Clausula. char. 23. in clausula, constituit se precario, colum. 7. in paruis, versicu. item secundum, & satis omnes videntur voluisse, dũ simpliciter dicunt, per cõstitutũ transferri possessionem, nulla præsentiæ aut conspectus rei mentione facta.

2 ¶ † Et id quidem haud dubie verissimum est: alias enim hęc clausula constituti siue precarii semper esset superuacanea & inutilis: nihilque omnino operaretur, nisi id operatur sine rei conspectu vel pręsentia. Nam ea sola præsentia rei, dum contractus conficitur, id operatur, vt possessio tradita esse censeatur. l. 1. §. si iusserim. ff. de acqui. possessio. & l. quod meo §. per venditorem, eodem titu. glo. & doct. in. l. 3. in princip. ff. eodem titu. & in cap. 2. de consuetud. in quibus duobus postremis locis enumerantes modos fictos transferendæ possessionis, hos veluti differentes ponunt: scilicet constitutum, siue precarium: & conspectum, siue præsentiam rei. & Barto. Angel. & Saly. in. l. 2. C. de acqui. possessio. Quod tamen intelliges secundum ea quæ diximus supra in princip. nume. 13. cæterum quod supra, si modo Alexand. sententiam ibi adductam, veram esse putes.

3 ¶ † Ex quibus vix accederem sententiæ glo.in.l.1.in princi. in verbo,qui primi.ff.de acqui.possess.quæ non obscure vult, vt possessio tum demum transferatur clauium traditione (is est vnus ex fictis modis tradendæ possessionis, per.l.clauibus. ff.de contrahen.emptio.)cum contrahentes sunt in conspectu rei venditæ:quam quidem gloss.ita intelligunt & sequuntur Bar.Rapha.Co.Roman.Soci.& Franc.Ripa ibi, & Alberi. in eadem.l.1.§.si iusserim,colum.1.versi.hic autem,vt prædixi,eodem titu.& iterum in.l.3.in princip.col.1.versic. nam in §.si iusserim,eodem titu.Ioan.Plat.in.§. interdum , quem legit cum.§.venditæ,colum.2.versicu.quarto no.Institut.de rerum diuisione. Antonius in.d.cap.2.colū.9.uersicu. secundum signum,& Imola.col.2.uersi.in eadem gloss.ibi, ut per claues. Panormi.colum.penul.uersi.secundum exemplum, & Barb. col.antepenul.uersicu.in eadem gloss.ibi,per claues,de consue tud. Nam & contra illos aperte tenent Imol.sibi contrarius, Paul.Ca.qui dicit priorem illam opinionem esse truffam,Alexan.Ias.& Claud.Aquen.in.d.l.i.& Philip. Deci.consi.56.in causa appellationis,col.2.uersi.alter etiam deponit.

4 ¶ † Sicuti & contra gloss. in.l.1.in uerbo , & traditis. C. de donat.quæ uidetur uoluisse,traditionem instrumentorum tum demum transferre possessionem,secūdum tex.ibi: quando fit, re donata præsenti,per.d.l.clauibus,& ibi apertius Bal.& And. Iser.in.c.1.in princi.titu.quid sit inue.Contra(inquam) illam sententiam tenent Cyn.Ang.& Saly.in.d.l.1. & Alex.in.l.3. in prin.col.2.uer. alia est limitatio.ff.de acqui.possess.tū quia, ut omnes inquiunt,esset uiolare tex.in.d.l.1.tum quia,ut dicit Alex.superuacua esset traditio instrumētorum , quādo fieret in re p̄senti:qa solus aspectus sufficit,uti & nos diximus supra.

IIII. APLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum ut possessionē transferat non requiritur ut cōstituens à se possessionē abijciat,et eandē apprehēdat.*

1 AMPLIA QVARTO, † vt non necessarium sit ad trās-

ferendam possessionem per constitutum, vt cōstituens abiiciat a se possessionem, quam ipse habet, cum facit constitutum, & postea illam apprehendat nomine cōstitutarii, vt quidam antiquiores tenebant, & inter cæteros Franciscus Are. non ille, qui auorum nostrorum memoria floruit, sed alter multo vetustior, vt a nonnullis citatur: nam satis est preambulus, vt nostri vocant, actus apprehensæ antea possessionis iunctus cum constituto vel precario, absq; eo, q alius actus corporalis interueniat: ita enim voluit Bart. in.d.l. quod meo, in princip. col.2. ver. sed contra hoc videtur, & ibi Raphael Com. qui tamen aliter declarat, col.2. ver.2. restat videre. ff. de acqui. posseß. Ant. in.c.2. col.3. ver. aduerte canonista, & versi. vnum tamen aduerte, de consuetu. & in.c. cum venisset, col. pen. versi. si non posideret, & ibi Imola, qui id dicit communiter teneri, post medium, ibi, quid autem si in instrumento, & Panor. col. 3. ver. & ad id quod dicitur, de restitu. spolia. Super quo etiam vide quæ dicam infra in.21. amplia. nu.2. quanquam cōtra id,

V. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutarius si cadat a possessione, quam post constitutum apprehenderat, eamq; ad constituentem redeat, an ui illius constituti poßidebit.*

2 *Donec dictio, temporis, limitationem, uel dispositionis specialibus importat.*

3 *Costitutum cum sit ficta traditio, expirare debet, uera traditione adueniente.*

1 AMPLIA QVINTO, † adeo per coustitutum transferri possessionem, vt si constitutarius rei possessionem realem apprehenderit, deinde ea ceciderit, & postea ad constituentem possessio redierit, statim ex eo censebitur ipse constitutarius iterum posidere, vi illius constituti: etiam si ipsum constitutum ita factum fuerit, donec constitutarius rea-

lem possessionem apprehendisset. Ita enim singu. voluit Bald. qui ita dicit Dy. determinasse, in cap. si facta, col. 1 versi. pone vendo tibi, titu. si de feud. fuer. cont. inter do. & agn. neq; enim ea res iudicatur ex actu momentaneæ possessionis, sed permanentis, arg. l. legatum. ff. de ann. leg. & .l. Plotiana. ff. de iure co di. Et illum secutus est Matth. Affhc. in. d. c. si facta, col. 3. ver. & dicit hic. & Barb. in. c. vlt. col. 3. de precar. Et id confirmat quod ipse Bal. dixit in. d. c. §. si facta, versicu. præcedent. incip. extra quæro pone, & alia plurima a me collecta in repet. l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, numer. 196. huc quoque vergit, & multis s. q. C. de reuo. donati.

2 ℭ † Illud autem dictum Bald. dicit sing. de eius tamen ueritate dubitans, Fran. Aret. in. d. l. quod meo, col. 2. versi. & quia hic dicitur, de acquiren. poss. & de eo quoq; multum dubito, præsertim in terminis ipsius Bal. cum scilicet constitutum ita factum est vt diximus, donec cætera: nã videtur id constitutũ expirasse, cum primum is realem possessionem apprehẽderit, ex natura illius dictionis, donec: quæ importat limitationem temporis siue dispositionis ad tempus factæ, per. l. si id quod §. vlt. ff. eo. tit. vbi & id no. ipse Fran. Aret. & no. in. l. vlti. C. ad Tertul. cum si. & aliis quæ diximus in tracta. primogeniorum, quæst. 53. nu. 23. sed hoc limitabis.

3 ℭ † Sed & si fuerit constitutum factũ sine ea clausula, donec, & cætera. idem videtur dicendum: quia cum constitutum sit ficta traditio, ea debet expirare adueniente vera traditione. l. filio quem pater. ff. de lib. & posth. Et ita expresse & in hoc casu constantissime tenuit Claud. Aquen. in. d. l. qd meo, in fi. Et ad hãc opi. faciũt no. per glos. & doct. in. l. inter castellianũ. ff. de arb. & p Bar. in. l. si fideiussor. §. 1. ff. de leg. 1. cum concordã. ibi adductis a recentioribus, & a me latissime, in repet. d. l. si vnq̃, vbi supra nu. 154. hanc quoq; partem cũ multis sequen.

VI. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum nostrum transfert etiam possessionem, quam p alios retinemus: etiã ignorante eo p quẽ possidemus.*

1 AMPLIA SEXTO, † vt non solum possessionem, quam per nos ipsos tenemus, sed & quam per colonum, seruum, cũ qui precario rogauit, procuratorem, & alios id genus retinemus, in alium per huiusmodi constitutum transferimus, ex sententia gloss. in. l. 1. §. non autem, in verbo retineo. ff. de vi et vi arma. quam sic intelligit, & sequitur. & dicit singul. Bar. ibi, versic. contra hoc oppo. vbi & hoc quoque dicit procedere, etiam si animus coloni ad id non concurrit, & ipse Barto. in. l. quod meo, in princip. colum. 2. versic. quædam est possessio, et ibi etiam Raph. Co. col. 3. uersicul. sed restat dubium, & Alexand. ff. de acqui. posses. Hostien. & Io. Andr. in. c. vltim. ille in verbo, inuito domino: hic in verbo, domino, iuncto tex. & ibi apertius Petrus Anc. paulo ante fi. Panor. col. 11. ver. 2. sed oppo. contra textum, & versic. nota bene ex prima solutione. & Barba. col. quoq. 2. qui id dicit menti tenendum ext. de preca. Bal. qui eam glo. dicit sing. & menti tenendam, in. l. cum testamentum. C. de iuris & fact. igno. & in. c. cum venisset, col. 1. versicul. quæro an dominus, & ibi etiam Pet. Anc. in fi. Antonius col. 3. versi. item si ciuilem, de restit. spoli. vbi ipse Antonius dicit, & id procedere, etiam si colonus ignoret, imo & si contradicat. ipse Baldus in rub. de præscripti. col. 2. versicul. sed quid si res mea, vbi & id dicit no. & procedere etiam colono ignorante. Angel. in. l. vltim. ad fi. C. de acquirenda possessione. Alex. qui & eam glos. dicit sing. in. l. perægre. §. quibus, col. 2. versicul. est & nonus casus. ff. eodem titulo. Corn. qui & illam dicit sing. con. 6. in præsenti disceptatione, col. vltim. lib. 3. & Vital. Camba. in tracta. clausul. char. 21. in clausula, cõstituit se precario, col. 2. versicul. item hæc clausula.

VII. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum transfert possessionem etiam si dictum sit. quòd possessio realis & corporalis tradetur per constituentem.*

1 *Instrumentum intelligi & declarari debet ne contradicat.*

1 AMPLIA SEPTIMO, † vt per constitutum appositum in contractu transferatur possessio, etiam si in ipso contractu dictum fuerit q possess. realis & corporalis tradetur per constituentē, vel simpliciter vel intra aliquod tempus: neque enim id īpedit, quominus iam statim per constitutū, non expectata illa reali traditione, sit translatā possessio, quantum ad iuris effectum. id enim quod dictum est de corporali traditione, dictum videri ad maiorem executionem, & perfectionē contractus.

2 † Et sic debet instrumentum intelligi & declarari, ne contradicat. c. inter dilectos. §. cæterum, de fid. inst. & ne incontinenti videatur se corrigere. Hæc Philip. Deci. consi. 56. in causa appellationis, col. vi. versi. nec obstat q nō videtur. Cui adde pro vltima ratione tex. in. l. non ad ea. ff. de conditi. & dem. Adde, inquam, quod supra diximus in. 1. par. nu. 10. at quicquid sit, venditorem qui se constituit simpliciter vel precario possidedere pro emptore, nihilominus teneri ad realem rei traditionem. ex quo facile intelligis per promissionem eius rei nō impediri vim constituti.

VIII. AMPLIATIO

SVMMARIVM.

1 *Constitutum transferendo possessionem transfert & diuinum etiam directum nedum utile.*

1 AMPLIA OCTAVO, † vt per huiusmodi constitutum vel precarium appositum in contractu transferatur possessio, & consequēter dominium, quod non nisi traditione transfertur. l. traditionibus. C. de pacti. Et dominiū quidē directum, nedum vtile, peræque ac si vera & realis traditio interuenisset. Ita enim expresse voluit Anton. in. c. 2. col. 3. versicul. teneas quod primus, de consuetud. & iterum in. c. cum venisset,

col.pen.versi.& not.q si aliquis, de resti.spoli.ea ratione motus, q & si hic actus traditionis sit fictus, tamen ex eo transfertur vera possessio.l.certe.§.1.ff.de precar. de quo nos late diximus supra in.1.ampliati.

IX. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constituti uis non impeditur per clausulam retentionis possessionis ad uitam constituentis aut aliud tempus.*

1 AMPLIA NONO, † vt procedat, etiam si constituens vel simpliciter vel precario expresse pactus sit, vt fundum, quem ita se constituit possidere pro alio, possit pro se retinere, & possidere ad vitam, aut ad aliquod tempus: nam nihilominus transfertur possessio per id constitutum: nec aliqua in ea re est repugnantia, quæ impediat vim ipsius constituti, vel precarii, vt per multa ex facto respondit Corne.consi.8.circa primum consultationis articulum, col.1.&.2.lib.2. Et vide tamen quæ dicam infra in.22.limitati.& seq.

X. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum appositum in primo instrumento relata in secundo referente repetitum censetur.*

2 *Relatum est in referente cum omnibus qualitatibus suis.*

1 AMPLIA DECIMO, † vt etiam procedat, cum instrumentum se refert ad aliud, in quo erat apposita clausula constituti, vel precarii. Nam licet in hoc postremo referente, ea clausula non fuerit expresse repetita, tamen transfertur possessio vi constituti in primo illo instrumēto relato appositi, vt

expresse voluit Pau. Paris. Cardinalis meritissimus consi. 172. in causa illorum, col. 1. li. 4. per l. si ita scripsero, & ibi Bar. ff. de cond. & demon. & l. ait prætor. §. si iudex, & ibi quoque Bart.
2 ff. de re iudi. quibus probatur † relatum esse in referente cum omnibus suis qualitatibus. de quo nos latissime diximus in nostris legibus, connubialibus, in glosa 5. in verbo, expres, num. 10. 176. vndecimum genus cum multis seq. Et idem ante illum voluit Fran. Are. cuius ipse non meminit, consi. 21. si diligenter & maturius, col. 2. versi. præterea posito, vbi & id quoque dicit procedere, etiam si a primo contractu discessum esse videatur per secundum, per ea quæ ibi dicit, vt videre poteris, quod multum notandum est, vix enim alibi reperies.

XI. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutarius spoliatus remedium recuperādæ intentare potest.*

2 *Possidenti ciuiliter, interdictum unde ui competit.*

1 AMPLIA VNDECIMO, † ita transferri possesionem in constitutarium, vt si is fuerit spoliatus, possit intentare remedium recuperādæ possessionis, non minus q̄ si plenā & realem possessionem habuisset, vt per l. vlti. C. de acquir. posses. voluit Bald. in rub. C. de contr. empti. in. 16. questio. & Ioan. Fab. vt a nonnullis citatur, licet in meo codice non reperi, in §. sui, Inst. de hære. quali. & diffe. & Matthe. Affli. decision.
2 Nea. 299. rex Ferd. nu. 91. † Nam & alias possidenti ciuiliter tantum competit interdictum vnde vi. l. 1. §. deiicitur. ff. de vi & vi arma. & voluit Guid. Pap. in decisione Delphinali. 356. quos & quot effectus, co. 1. ver. quartus est. Quod & eo volui dicere, vt intelligas istud procedere etiam in precario, ex quo ciuilis tantum possessio transfertur, vt diximus supra in prin. num. 4. illud autem. Et tu quoque super hac ampliatione vide quæ dixi supra in. 1. parte. nu. 68 a quo non longe.

XII. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum an & quomodo in hæredem transeat post mortem constitutarij. & num. 2. 3. 4. & 5.*

5 *Et quid si sit statutum ut defuncti possessio in hæredem continuetur.*

1 AMPLIA duodecimo, † vt etiam huius constituti vel precarii vis maneat mortuo constitutario: neq; enim finitur morte illius, sed transit ad hæredes ipsius, vt scilicet ab eis precario habere quoq; uideatur constituens, æque ac a defuncto primo constitutario, per tex. expressum. in. l. quæsitum est. §. q a Titio, qui est. ff. de precari. & l. cum precario aliquid. §. 1. eo tit. & l. cum precario quis rogat, eo quoq; ti. & c. vl. & ibi doc. extra eo. ti. Et facit l. Lucius, & ibi Paul. Castren. ff. de donatio. & voluit idem Paul. in. l. Attillius regulus, circa medium, eodem titulo, dum conciliat eam. l. cum. d. l. Lucius, post glos. in ea. l. Attilius, & Bar. in. l. centesiuis, col. 3. versi. & ideo hic insurgit, & ibi quoque Alex. col. vl. ver. si autem dixisset, & Iason col. 5. versi. secundo quærit Bar. ff. de verborum obliga. Imola. consil. 26. in casu præmisso visis & consideratis. Philip. Deci. in. l. & quia, quam legit cum. l. more maiorum, colum. vlti. versic. in quarta quęstione. ff. de Iurisdi. omnium iudi. & in. l. contractus, colum. 5. versic. & licet precarium. ff. de regul. iuris, & doctores vbiq;. Quo etiam spectat illud Ciceronis in oratione pro Aulo Cecinna. Qui colonus habuit conductum de Cesennia fundum, cum idem ex eadem cõductione fuerit in fundo, dubium est, quin si Cesennia tũ possidebat, cum erat colonus in fundo, post eius mortem hæres eodem iure possederit?

2 ¶ † Contra tamen videtur constitutum siue precarium factum ad commodum constitutarii non trãsire ad hæredes ipsius, præsertim quantum ad possessionem, nisi de illis expressa mentio facta fuerit in constituto. nam possessio suapte propria natura non transit ad hæredes. l. cum hæredes, in princ. ff.

de acquirenda possessione.&.l.1.§.Scæuola.ff. si quis test. liber.esse iuss.fuer.cum aliis multis concord.a me collectis in tractatu, Le mort saisit le vif, post prin.quem tu lector propediē videbis. Ideo nisi de hærede mentio facta fuerit, non comprehenditur.l.stipulatio.ista.§.si quis ita.ff. de uerborum obligat. Et ita in hac specie nuncupatim, cum ex facto incidisset, respondit Alex.con.132.circa litē vertentem, col.1.lib.6.quem sequitur Bart.Chasse consil.59.ex visione, col.pe.versic.item etiam vt constat, & ante eos Paul. Castren. cuius neuter meminit, con.59.viso puncto, col.2.ver. item nec etiam obstat, li.1. per l.qui vniuersas. §. ꝙ per colonum.ff. de acqui.pos.vbi quod per colonum possideo, hæres meus, nisi nactus sit possessionem non poterit possidere. quod quidem pugnare videtur, cum eo quod supra diximus ex Cic.

3 ¶ † Idq; obtinere videtur, etiam si ex statuto possessio defuncti ipso iure continuatur in hæredem, cuiusmodi est generalis Franciæ consuetudo: quia nec tunc hæc possessio constitutitia siue precaria transit in hæredem constitutarii, siue eius qui precario concessit, vt not. dicit Alex. d.consi.153.col.1. versi.& quamuis refertur, lib.6. Nā tale, inquit, constitutum debet ita intelligi, vt minus lædat ius commune, quā fieri potest.l.2.C. de noxa, &.c.cum dilectus, de consuetud. Et ideo, vt subdit Alexand. debet id statutum intelligi, quando possessio erat apud defunctum, ex causa de sui natura ad hæredem transitoria. De quo tamen vide quid dicam in.d.tractat. Le mort saist le vif. in.12.declaratione, vbi non accedo huic opinioni Alexan.aliorum sententiam secutus, quos ibi videbis.

4 ¶ † Sed quātum ad ius commune pertinet semoto illo statuto (vt tādē meū iudiciū interponā) nō video quid respōderi possit illis tex.supra citatis, qui expresse dicunt, precariū nō solui morte cōcedentis, quem nos vbique cōstitutarium vocamus, etiam si de hæredibus ipsius nulla mentio facta fuerit, vt expresse dicit tex.in.d.l.cū quis rogat. Quod autem dictum est, possessionē nō transire ad hæredes possidētis, nisi ea ab illis apprehēsa fuerit, in prōptu respōsum est, ꝙ hęres satis accepisse videtur per colonū ipsum inhærētē possessioni nomine hæredis, vti etiā defuncti: quam quidē possessionem ipse solo animo

interuertere non potest. l. vlt. C. de acqui. posses. cum si.

5 ¶ † Et præterea ipse Alexan. in. d. §. quod per colonum, statim post prin. postq̃ ex eo tex. notauit id quod supra ex eo diximus, possessionem defuncti non transire in hæredem, nisi eã apprehenderit: subdit illud esse clarum, vbi defunctus possidebat animo & corpore suo: sed si animo suo, & corpore alieno, puta per colonum, acquiritur hęredi, si colonus continuat possessionem nomine hęredis, vt ibi in Versi. sed quod pro emptore. Quod intelligit glos. ibi, etiam si defunctus possidebat animo & corpore alieno, puta per seruum ex causa peculiari, iuxta. l. 1. §. saltus, in fin. ff. eo. tit. quia tunc acquiritur possessio existens apud seruum hæredi domini, sine alia apprehensione, ex sententia Ang. & Imol. in. d. §. quod per colonum. & in. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. Vbi etiam glo. in verbo, non habere. Et bene, inquit, facit. l. quia seruo, in fin. ff. de actio. & oblig. & l. pe. ff. de capti. & postli. reuers. Hæc ipse Alexãder, quem refert & sequitur Mattheus Afflic. decisio. Neapo. 163. Gabriel, colum. 2.

XIII. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum an et quomodo duret post constituentis mortem. & numer. 8.*

2 *Cõstitutariũ nõ posse rẽ propria authoritate occupare.*

3 *Precarium hæredi aut in hæredem continuatum an nouum uel antiquum dicatur.*

4 *Precarium tacite continuatur patiendo.*

5 *Hæres coloni domino poßidet, ut colonus poßidebat.*

6 *Hæredes constituentis an aliquo tempore præscribant contra constitutarios etiam ignorantes. num. 7.*

1 AMPLIA DECIMO TERTIO, † vt neque e diuerso per mortem constituentis, id est, eius qui precario rogauit, & sit

sic constituit posſidere nomine emptoris, vel alterius domini, extinguatur siue soluatur possessio ciuilis & naturalis, cum est simplex constitutum, aut ciuilis, cum est cum adiectione precarii: Licet precarium ipsum finiatur, quantum ad hæredē eius constituentis, cum ipsi duntaxat, non etiam hæredi eius concessa sit possessio siue detentio, vt scribitur, in. d. l. cum precario aliquid datur. §. 1. ff. de preca. & in. c. vlti. & ibi omnes, eo. titu. & voluerunt multi e nostris vbiq;, & inter cæteros gl. in. l. si hominem. §. 1. in verbo, contractu, in fi. ff. depoſi. Bar. in. l. libertus. §. patris. ff. ad municip. Signo. con. 217. factum sic se habet, quidam nomine Titius, col. 5. verſi. præterea illud, ea ratione motus, quia cum constitutarius posſideat animo & corpore constituentis, iuxta. l. quod meo, in prin. & l. 3. §. saltus, de acqui. posseſ. consequens est, vt desinat posſidere morte illius, cuius animo & corpore posſidebat, per. l. si id quod, & l. si de eo. §. si forte. ff. eo. titu. & l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & post li. reuer. in illis verbis. manentibus iisdem perſonis in possessione.

2 ¶ † Et idem quoq; voluit Io. Rai. in tracta. Suitatis, col. 2. verſi. non obstat vlterius. Pau. Castr. in. l. Attilius Regulus, circa medium. ff. de dona. Roma. consil. 189. stante primo quęsito, ad fi. Corne. con. 280. visis quibusdam, col. vl. li. 3. Philip. Decius. con. 400. viso eleganti consilio, col. penul. verſi. secundo reſpondetur, dum dicit, possessionem quæ fit per constitutum, esse interruptam per mortem constituentis, ita vt nec in hæredem transeat. Ideoq; non posse constitutarium rem propria authoritate occupare. Mattheus Afflic. decis. Neapo. 335. pro decisione, col. 3. nu. 5. & Anto. Rube. in repe. l. nō solū. §. morte. col. 9. uer. sed aduer. ff. de no. ope. nuncia.

3 ¶ † Quod non ita sane accipiendum est, vt constitutarius priuetur sua possessione per mortem constituentis, vt scienter declarat Claud. Aquen. in. l. exitus. ff. de acquirē. posseſ. per no. in. d. l. si de eo. § si forte, & Ludo. gozad. con. 42. i casu proposito, col. ult. uer. non obstat consilium, & dicemus latius infra in. 21. limitati. nu. 8. sed hæc omnia, & sequen. Sed illud eo spectat, vt hæres ipsius constituentis non posſit amplius inhærere illi possessioni siue detentioni, nisi dominus ei permiserit aut expresse aut tacite, illum scilicet relinquendo in illa posses

sione vel detentione rei:nam tunc videtur illi redintegrare pre carium defuncto factum,siue tunc id fit nouum,siue antiquum de quo disputat glo.loquens in casu præced. amplia.in.l. quæ situm est.§.quod a Titio,in uerbo,ab hærede, & ibi Angel.ff. de precario,& in.l.certe,in prin.in glo.1.in fi.eo.tit. & Anto. Rube.in.d.repe.d.§.morte,col.9.nu.63.& se. Quod aliter hic non ducimus discutiendum,quoniam nihil ad vim & effectum

4 possessionis, de qua tractamus,pertinere videtur. ¶ Sed hinc illud est,quod licet precarium finiatur tempore,quod illi præscri ptum fuerit,si tamen post illud tempus dominus patiatur possidere eum,qui ad illud tempus precario rogauerat, intelligitur rursus precario concedere, atque ita illi rursus precario pos sidebit post illud tempus,ex tacito domini consensu,vt est tex. expressus in.l.rebus.§.item qui precarium,& ibi Bar.in.1.no. ff.de preca. Ideoque Dyn.& Alberic.ibi, id consilium dant domino,si nolit suum constituentem post illud tempus possidere,vt id illi denunciet,alias enim illum videri consentire.Et simile uidemus in colono siue conductore ad tempus, quem si post id tẽpus patiatur dñs manere in re conducta, censetur reconductio facta.l.item quæritur.§.qui impleto.ff.de locat.

5 ¶ Hucque proprius pertinet, quod scribitur in.l.cum in plures, in fi.princ.ff.eo.titu.de loca. hæredem coloni,quãuis colonus non sit nihilominus domino possidere.& in.l.cum hęres.ff.de diuer.& tempor. præscrip. vbi ita scribitur,cum hæres in ius omne succedat,ignorantia sua defuncti vitia non excludit,veluti cum sciens alienum, vel precario possedit:quãuis enim precarium hæredem ignorantem non teneat, vsucapere non poterit,quod defunctus non potuit. Et in l.2.C.de precario, scribitur,hæredem eius, cui precario vti concessum est, teneri ad restituendam possessionem. Et in.l.neque fructuarium.C. de vsufruc.neque fructuarium ad obtinendam proprietatem rerum,quarum vsufructum habet, neque successores eius vlla temporis ex ea causa tenentes præscriptio munit.

6 ¶ Quo in loco Pau.Castr.authoritate eius.l.&.d.l.cuius hæres,dicit quod si is possidebat precario nomine mortuus est,& hę redes eius per.30.annos & vltra etiam precarium ignorantes possederunt proprio nomine,non propterea rem ipsam præ-

scripserunt: nam cum defunctus eo nomine tenuit, censentur hæredes eius eodem modo tenuisse, licet tenuerint vt domini. quia non superueniente noua causa non interuerterunt possessionem domino reposcente: sicut defunctus non potuisset sibi mutare causam possessionis. l. nemo. C. de acquir. pos. & ita dicit se consuluisse, Et illum citat & sequitur Fran. Balb. in tracta. præscri. in. 4. parte. 4. partis prin. quæst. 11. col. 2. versi. ampliatur prædicta conclusio, & seq. vbi ex eo colligit hanc no. vt ipse dicit, conclusionem, q̄ clausula constituti vel precarii passiue transit ad hæredes constituentis, quod dicit bene notandum ad materiam. l. quod meo, in prin. ff. de acquir. possess. Et his concinit, quod scribit Paul. Iurisconsultus, si is est, libro sententiarum receptarum. t. 5. Hæres, inquit eius qui precariam possessionem tenebat, si in ea manserit, magis dicendum clam id videri possedisse: nullæ enim preces eius videntur adhibitę, & ideo persecutio eius rei semper manebit.

7 ℭ † Scio tamen nonnullos esse in ea sententia, vt si post mortem constituentis hæres eius aut alius quispiam rem occupauerit, & constitutarius diutius steterit absq; eo, q̄ apprehenderit possessionem naturalem, perdit possessionem quam habebat: siue sciuerit rem vacare, siue ignorauerit ab alio occupatã, per tex. in. l. si de eo. §. si forte, iunctis ibi not. per Bart. & alios. ff. de acqui. posses. Et ita voluit Pet. Anch. in. c. cum venisset, in 5. no. de rest. spolia. Corne. con. 280. visis quibusdam, col. vlti. versi. si autem probatum. lib. 3. & Caro. Rui. expresse loquens de tempore. 10. annorum, consi. 127. visa facti narratione, col. 5. versi. tertio dicitur q̄, etiam. lib. 5. Sed tu tamen interim vide quæ scripsi supra in. 1. parte, nu 64. verum vtrunq; & seque. & quæ latius scribemus infra in. 21. limitatione, ex quibus intelliges planius, quid de hac re dicendum sit.

8 ℭ † Sed ex his tñ quæ iã diximus, intelligis non verũ esse, qđ Signo. & Dec. (pace tantoꝝ viroꝝ dixerim) scripserũt in con. supra num. 1. huius amplia. citatis: præsertim cũ ratio Signo. manca sit & mutila, neq;. n. constitutarius possidet solo corpore cõstituentis, sed & suo quoq;, vt etiã no. in locis ab eo & alibi supra citatis. Ideo licet animus cõstituẽtis mortui desinat esse, nõ tñ ipsius cõstitutarii, quo retinet suã possessionẽ ciuilẽ, quã

habebat. Ideo nec vera est ratio ipsius Decii dicentis, interruptam esse possessionem constitutarii, cum eam etiamnum retineat animo, nisi postea eam neglexerit, vt diximus versi. preceden. & dicemus latius in.d.21.limita. Et nihil praeterea allegat, q̃ Angel. in.l. quamuis. §.1. versicu. & ex hoc duo, & ibi Alexan. ff. de acqui. possess. & ipsum Alexan. consi. 82. perspectio, col. 3. lib. 2. qui nihil de hac re dicunt, sed illud tantum, q̃ non transfertur possessio ex constituto post mortem constituentis collato, de quo nos supra diximus.

XIIII. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constituti uis an transeat in tertios possessores.*

2 AMPLIA DECIMO QVARTO, † vt vis huius cõstituti siue precarii transeat, non solũ in hæredes cõstituentis defuncti, sed & in alios tertios possessores, vt plane cõstat ex scriptis a Bar. in.l.3. in.4. quæst. prin. in fi. ibi. sed pone qd debitor, & ibi Saly. col. 8. in.8. quæst. de pigno. & aliis multis, quos tibi citaui supra. in.1. parte. nu.42. ei autem quod diximus. Sed quomodo id intelligatur, & quanto tempore isti tertii possessores possint præscribere aduersus constitutarium, intelliges ex his quę diximus. d. nu.42. & seq. & in præcedenti amplia. ver.7. scio tamen, & quæ dicemus infra in.21. limita.

XV. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum transfert possessionem ex conditionali contractu. & numer. 2.*

3 *Constitutum appositum in contractu conditionali, est conditionale.*

4 *Constitutum purum appositum in contractu conditionali, est inefficax durante conditione.*

1 AMPLIA DECIMO QVINTO, † vt constitutum siue precarium transferat possessionem non solum in actu siue contractu puro, sed etiam in conditionali, verbi gratia, Donat quis fundum alteri, eiusq; nomine constituit se possidere, si ipse donaturus quippiam fecerit, aut sub alia conditione: nam continuo impleta conditione transit possessio & dominiũ rei donatæ in donatariũ constitutariũ, vt per multa decidit Guid. Pap. deci. Delphi. 268. quidã donauit, & clanculũ deci. 522. Titius bona sua donauit, ꝛ Steph. Bert. con. 254. vidi processum, nu. 5. li. 1. & Caro. Rui. con. 136. primo videt, col. 1. nu. 2. lib. 1.

2 ¶ † Et ante hos, licet non allegent, Oldra, con. 139. ad habendam aliqualem notitiam, col. 3. versi. tertium erit. Pet. Ancha. con. 231. super pluribus, col. 2. ver. præterea aduertendum. Alexan. qui solum Oldr. citat, con. 82. visa facti narratione, col. 2. ver. & in proposito, li. 2. & iterum con. 153. circa litem, col. 1. versi. deniq; dictum precarium, li. 6. & Philip. Deci. con. 247. in causa magnifici Baronis, col. 1. versi. nec obstat huic conclusioni. Quod intelliges secundum ea quæ dicam in seq. amplia.

3 ¶ † Sed illud hic nolui omittere, quod ab Angelo scriptum est con. 373. visis instrumentis, col. 1. ver. primo quia procurator, iunctis his quæ scribit, col. vlt. ver. restat nunc respondere, ꝙ si constitutum sit appositum in venditione conditionali, id quoq; ipsum censetur esse conditionale: nec aliter ex eo transferetur possessio, ꝙ̃ impleta conditione apposita in ipsa venditione. quod etiam non obscure voluit Alexand. d. consil. 83. col. 3. versi. & subdit, lib. 3. & Phili. Deci. d. con. 247. col. 3. ver. & ista conclusio. & Hiero. Gratus consil. 69. cum sermones, col. 2. ver. nec ob. si dicatur, lib. 1. Lud. Gozad. consi. 28. videtur prima facie, col. pe. ver. propterea & vlt. Nam & alias semper constitutum sequitur naturam principalis actus, vt latissime dicemus infra in. 7. limita. Imo & quæuis alia traditio. l. sed interim. §. si vxor, le. 2. ff. de donat. inter vir. & vxo.

4 ¶ † Imo vero & si exprimeretur, vt cõstitutum appositum in contractu conditionali esset simplex ꝛ purum, videretur id constitutum interim pendẽte adhuc conditione posita in principali contractu, nullum esse & inefficax. quia id nullius est effectus, nisi præcedat causa habilis ad trãsferendum dominium

& possessionem, secundum glos. in. l. quod meo, in prin. & ibi Iac. Are. & Alber. ff. de acqui. posses. cum aliis multis concor. a me collectis infra in. 6. limitati. iterumq; in sequen. At ante euentum conditionis nulla subest causa habilis; cum interim contractus sit in pendenti: igitur nec interim constitutum est efficax. Et ita nuncupatim respondit Fran. Rip. lib. 3. Respon. cap. 20. eodemq; vlt. incip. licet Decius. Super hac autem ampliatio. vide quae dicam in. 17. limit.

XVI. AMPLAITIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum appositum in contractu ad tempus, non transfert possessionem ante illud tempus.*

1 ET QVOD supra diximus de actu conditionali, idem intellige de actu puro illo quidem sed cuius effectus post aliquod tempus suspenditur exempli causa. dono aut vendo tibi rem quampiam, ea tamen lege, vt post mortem meam tantum, vel post decẽ annos re ipsa fruaris. Id enim ita posse fieri etiã contractu inter viuos constat, ex. l. 1. C. vt actio. ab hæredib. cũ si. a me collectis in tracta. primigeniorum in. 6. quæstio. num. 33. quinetiam potest. Si igitur ita vendidero, & constituero me posidere tuo nomine, transfertur possessio: nec possum interim alteri donare, aut vendere, licet. effectus translatæ possessionis differatur in dictum tempus. Ita enim expresse ex facto respondit ipse Oldr. con. 114. factũ est tale, quædam mulier. Et id erit pro DECIMA SEXTA AMPLIATIONE. Et vide tamen quæ dicam in seq. ampli.

XVII. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum conditionale appositum in contractu puro conditione impleta transfert possessionem. quid si ante*

diem uel conditionem constituens uoluntatē mutet.nu.3. & quid si interim alteri res uendita uel tradita fuerit.nu.4.5.6.&.7. Et quid si alteri fuit ficte tradita, uel si interim moriatur constituens.nu.8.&.9.

2 *Possessio sub conditione & ad tempus tradi potest.*

4 *Retrotractio non fit nisi extremis habilibus.*

6 *Conditio non retrotrahitur in præiudicium alterius.*

1 AMPLIA IGITVR DECIMO SEPTIMO, † non solum cum contractus principalis est conditionalis, vel ad diem: sed etiam cum ipse contractus est simplex & purus, sed constitutum est conditionale, vel ad diem. Nam & id constitutum valet, & ex eo transfertur possessio conditione impleta, vel die cedente, vt voluit idem Oldradus dicto consilio 139. in tertio, rursumque in septimo dubio. & Signo. consilio 127. factum sic se habet, quidam nomine Titius, colūna quarta, versiculo, ex prædictis oritur. Albericus in.l.vltima, columna secunda, versiculo, sed quis erit effectus. C. de pactis. Alexander, qui nullum horum citat, consilio.85. ponderatis his de quibus, columna prima, libro sexto, & consilio.153. circa litem, columna prima, versiculo denique dictum precarium, eo libro sexto, Philip. Deci. qui solum Oldra. memorat, in.l. contractus, colum. quarta, ver. itē notandum est.ff. de regu. iuris, &.d. consi.247. in causa magnifici, col.3. vbi supra, & dicemus quoq; postea in.2.limita.nu.13. secundo intellige, vt procedat.

2 ¶.† Nam & alias possessio, ne de hoc dubites, sub conditione tradi potest.l.qui absenti.§.1.&.l.si me in vacuam, in fi.ff. de acquirenda possessione, &.c.olim, de resti.spoli.& voluerunt D.a Rot. decisione.577. quidam expectans, in antiquis, & Iacob.a.S.Georg. qui illum 1.tex. dicit ad hoc not. in.l.certum est, ad fi.ff.si cert.pet.2 doctores, vbique. Atque etiam ad tempus l.2.C. de donati. quæ sub mod. &.l.vltima.C.de legat. & vtrunque voluit Masuer. titulo de possessio.§.item nota ꝙ possessio. Hincq; illa disputatio, an per traditionem feudi sub conditione, si domino placuerit, vel alia, priuetur vassal-

Ius feudo,ac si simpliciter rem tradidisset,de quo per Baldum in cap.1.§.hoc quoque,col.vltima versiculo, sed pone ꝙ venditor,titu.de succes.feu.& in eundem Bald.con.9.factum tale est,anno domini,colum.2.versic.cum autem non adest,libr.1. quod iterum repetitur consil.188.libro tertio, & ipsum Bald. consi.95.mortuo,eo.lib.3.

3 ℭ † Et has quidem tres postremas ampliationes, ita quoque amplia,vt possessio hæc constitutitia continuo trãsferatur, existente conditione,vel die:etiam si constituens post cõstitutum & ante euentum conditionis, vel diei mutaret voluntatem: neq; enim id obesset ad illius possessionis translationem, vt liquido colligitur ex dictis Bar.& aliorum in.d.l.qui absenti.§. 1.ff.de acquiren.posses.& expresse voluit Clau.Aquen.in.l.3. §.incertam ad fi.eod.titu.per.l.cum nemo.C.eod.titu.Et bene ad id faciunt quæ dicam in.30.ampliat.nume.14.at contra id expresse,& sequent.Et id præterea, ꝙ contractus conditionalis dicitur perfectus.l.necessario.§.si ita res.ff.de peri.& commo.rei vendi.ita vt ab eo non liceat alteri contrahentium altero inuito discedere,vt dicit glo.ibi,& in.l.1.in princ.C.eod. tit.& latius diximus in tracta. Retractuum, tit.1.§.1.glos 2.in verbo,a vendu,nu.26.verum in diuersam.

4 ℭ † Verum hanc ampliationem simulque 15.intelliges tum demum procedere, si res sit integra. Nam si ante euentum conditionis res fuerit alteri vendita & tradita, ei ius quæritur: quod per euentum conditionis non tollitur.neq; enim ea conditio retrotrahitur in illius præiudicium,cui interim ius quæsitum est,cum extremum a quo non sit habile,iuxta no.a Bart. in.l.si is qui pro emptore,col.4.versic.idem si inhabile extremum.ff.de vsuca.per.l.bonorum.ff.rem rat.hab.Cui adde & alium text.non deteriorem in.d.l.necessario.§.quod si pendente.ff.de peri.& commo.rei vend.

5 ℭ † Adde & tu eundem Bart.qui eiusdem est sententiæ,in.l. quoties,in fi.ff.de nouati.& in.l.si vxor.§.si quis vxorẽ,versi. vel aliter.ff.de adult.& in.l.res aliena,in prin.ff.de pigno.acti. & Specu.tit.de obli.& soluti.§.1.ver.itẽ pone. Bal.in.l.ei qui C.de tempo.appel.Panor.post Anto.in.c.cum venisset, col. 2.de resti.spolia. Alexan.con.25.viso testamento, col.2.versi.

præterea posito, Corne.consi.110.in iudicio,col. pen.lib.2. Iason in.l.quoties,col.11. versi.tertio pone quæro. C.de rei vendica.& ante hos omnes glo.ordi.in.l.si indebitum.§.1. & ibi quoq; Bar.ff.rem rat.hab.

6 Nam & id regulare est & perpetuum, vt conditio nunquam retrotrahatur in præiudicium alterius, Hosti. in summa tit.de conditi.appo.§.quæ conditio,col.2.versi. quid si contraho cũ vna,& Collec.in.c.super eo, in prin.cod.titu. Bald.in.l.1.col. vlti.per eum tex.& ibi quoq; Saly.col.1.C.an ser.ex suo fact. Alexan.qui id dicit sing.consi.228.ponderatis,col.2.lib.6.Philip.Dec.in.l.si pecuniam,col.vlti.ff.si cert.pe.vti nec alia quęcunq;,vt plene diximus, & probauimus in.d.tractat. Retractuum,ti.1.§.1.in glo.10.in verb.dedans lan,nu.67.ex quo illud fit, & sequen.

7 ℭ † Et ita vti supra diximus,nuncupatim & in hac specie nostri constituti conditionalis,ex facto respondit Alexan.consi. 153.& voluit Philip.Dec.in.d.l. contractus,col.6.versi.6.limitatur.ff.de regu.iur.vbi ita dicit se consuluisse, vt certe consuluit.d.consi 247.versi.nec obstat quod post talem, & seq.vbi & alia quædam allegat,quæ ibi videre poteris.& Hiero. Gratus.d.consi.69.col.2.nu.11.lib.1.& iterum, consi.75.quanuis si prius,in prin.lib.2.& Mar.Mantu.consi.256.viso processu, col.3.num.20.& seq.& ante eos Signo.con.217. colũ.5.versicu.venio ad primum.Et vide quæ dicam in.30. limita.nume. 2.ex quo illud,& multis seq.

8 ℭ † At hoc tamen declarabis duobus modis.Primo vt procedat,si res fuerit alteri reipsa tradita.Secus si ficte, verbi gratia, per aliud constitutum,vel per conductionem ab alio receptã. Nam tunc non fit præiudicium ei,cui possessio quærenda est eueniente conditione,vt expresse & in illo casu conductionis, cum ea species ex facto contigisset, consuluit, Petr. Ancha. consi.291.super pluribus,col.4.versi.item apparet,per.l. quãuis.§.1.ff.de acqui.possess.&.c.cum venisset,de rest.spolia.Cui adde quæ dicam in.14.limita.ex quibus etiam intelliges quomodo & id intelligi debeat.

9 ℭ † Intellige secundo, vt procedat,modo cõditio adimpleatur ante mortem constituentis.Nam si id post mortem cõtin-

geret, videretur, id constitutum collatum esse post mortem, ideoq; per ipsum non posse transferri possessionem, cum tunc constituens non sit futurus possessor, vt iam mortuus, per ea quæ dicam inferius in.2.limitat. Et ita in hoc casu voluit Signo.d.consi.217.colum.5.versi.postq̃ decedente Titio, vbi ad hoc multa allegat, vt ibi videre poteris, & Philipp. Deci.d. consi.247.col.4.versi vlterius etiam. Et hoc quoq; satis videtur esse de mente Oldra.d.con.139.in.3.dubio, iuncto.5. Quãquam contrarium voluit ipse Dec.secum hac in re aperte pugnans in.d.l.contractus, col.6.ver.item notandum, ibi, & eodem modo.ff.de regu.iur.vbi ad hoc allegat Oldr.d.con.vbi tamen contrarium sentit, vt diximus. De quo vide quæ dicam in.d.2.limi.nu.12.secundo intellige.

XVIII. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutũ appositũ in pacto nudo, transfert possessionẽ.*

1 AMPLIA DECIMOOCTAVO, † vt etiam constitutum & precarium habeat vim transferendæ possessionis, cum appositum est in nudo pacto. Id enim expresśim & veluti verbis conceptis magna authoritate affirmat Bal. in.l.1.circa mediũ, ver.quærit ergo vtrũ ex eo & ibi quoq; Barth. Cepo.col. vi. ver.extra gl.C.de vsuca.pro dona. Quod vix alibi reperies.

XIX. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum etiam in contractibus in nominatis trãsfert possesśionem.*

AMPLIA DECIMONONO, † vt id item locum habeat non solum in contractibus nominatis,, sed & in innominatis quoq;, vt & voluit idẽ Bal. omnium sentẽtiarum tam lo-

complex, vt nulla vnquã ei defuerit, vt sępe alibi diximus, in eadem. l. 1. illo cod. ver. quæritur ergo, iuncto versic. præced. de vsu ca. pro donat. nec memini me vsquam alibi legisse.

XX. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constituens naturaliter tantũ poßidens transfert naturalem posseßionem, & nu. 2.*

1 AMPLIA VIGESIMO, † vt personas constituentiũ attingamus, vt procedat in cõstituente habente tm̃ possessionem naturalem: vt. s. per eius constitutũ transferatur ea possessio naturalis, q̃ ipse habet, vt expresse voluit Bar. in l. interdũ. §. vlt. ver. sed quæro aliquis naturaliter, & ibi etiã Alex. col. 2. versi. iuxta prędicta. ff. de acqui. possess. & Raph. Co. con. 54. Leonardus, col. 1. & Ant. in c. cũ venisset, col. 3. ver. inquantũ supra, de rest. spo. & hoc satis ꝓbatur per eã, quę dicã infra in. 31. amplia. de vsufructuario, qui naturaliter tãtum possidet; vt probat tex. in. l. naturaliter, in princ. ff. de acqui. posses.

2 ¶ † Et quanuis id sit dubiũ in ipso vsufructuario, cũ nonnulli teneant contrariũ, vt ibi dicemus: Tamen id non tm̃ dubii forte habet in aliis naturaliter tantum possidentibus, in quibus nõ habent locũ rationes eorũ, qui id negant procedere in vsufructuario. Et id quidẽ videre licet in eo, qui se constituit possidere nomine creditoris, in quo ciuilẽ in eũ possessionẽ transtulit, naturalẽ autẽ retinuit, vt late diximus supra in prin. nu. 4. illud aũt. Si igitur hic debitor, q ita se cõstituit precario possidere ꝓ creditore, rẽ postea alteri vendat & se nomine illius possidere cõstituat, in hunc transfert naturalẽ illã possessionem, q̃ habebat: & consequẽter priuat illũ suũ creditorẽ ciuili, quę erat accessoria eiusdẽ naturalis, p. l. peregre. §. qbus iũcta. d. l. iterdũ. §. vl. ff. de acq pos. vbi id voluit Bar. p st Dy. ibi & ẽt Imo. & Ro. i. l. Celsus. vterq; col. 1. ille ver. itẽ adde inq̃tũ dicit, hic ver. 2. i. quãtũ. ff. de vsuc. De quo & tu vide quę scripsi supra in prin.

nu.12.sed & ex illa, & iterum nu.34. at illud hic, itēq; nu.45. porro Matth. & infra in.14. limi.uersi.6. tertio intellige, &.3. seq. ex quibus intelliges quid hic dicendum sit.

XXI. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutos ciuiliter tantum poßidens, ciuilem transfert possesßionem. nu.2.3.& 4.*

1 AMPLIA VIGESIMO PRIMO, † vt item procedat in constituente habēte tantum ciuilem possessionē, ut & eandem transferat in alium per constitutum, ut etiā uoluit Bart. in.d.l.interdum.§.ult.uersi.sed quæro aliquis naturaliter, & ibi quoq; Alex.col.2.uersicu.iuxta prædicta, & idem Bar.in.l. quod meo, in prin.col.2.uersi.secundo pone, & ibi item ipse Alex.col.5.uersi.quærit Bar. quia hæc, & omnes fere ibi, per tex.in.l. quædam mulier.ff de rei uendi. qui ut dicit Bart.loquitur in eo qui ciuiliter tantum possidebat, ut qui non erat in fundo. Et idem uoluere Pet. Ancha. & Imola in.c.ulti. ext.de preca. Ant.in.c.cum uenisset, col.3.uersi.in quantum supra, de resti.spol. Raph.Co.consi.54. Leonardus, col.1. Corne. consi. 173. in præsenti, col.5.uersi.cum per precariū, lib.2. Caro.Rui. consi.177. uisis & intellectis, col.2.nu.3.lib.1.

2 ¶ † Quanquam cōtra id facere uidetur gl.in.d.l.quod meo, in uerbo ministerio, cum id uerbum ita exponit, id est, actu & uoluntate tanquam scilicet non sufficiat uoluntas possidentis ciuiliter, qui se cōstituit nomine alterius possidere, nisi aliquis actus corporalis interueniat. Sed ad hoc respondet Bart. q; actus, qui a principio interuenit, cum ipse constituens primum apprehendit possessionem pro se, sufficit, ut tunc constituens transferat possessionem, & satis nunc interuenire uidetur, vt & nos quoq; diximus supra in.4. amplia.

3 ¶ † Vt etiam in simili uidemus, ut ille subdit, q; si quis sine mādato apprehendat possessionem pro altero, satis est, ut postea

ille, cuius nomine apprehensa est, ratum habeat, sine interuentu alterius actus corporalis, per. l. communis seruus. §. 1. ff. eod. tit. Nam ille primus actus apprehensionis præstat adminiculum ad acquirendum possessionẽ ei qui ratum habet. Et huic quoque videmus, quod si possidens conducit possessionem ab alio, videtur facere illum possessorem. l. si quis ante, &. l. qui bona fide, in princ. ff. eo. tit. Et tamen ibi non interuenit actus corporalis ad apprehendendum possessionem.

4 ¶ † Igitur eadem ratione, vt ille subiungit, si per simplex constitutum facio me possessorem nomine alterius, quanuis ciuilem possessionem tantum habeam, eam in illum transfero. Hæc ille, quem ad verbum prope refert & sequitur Alex. in d. l. quod meo. Et licet hæ rationes nõ omnino placeant Raph. Co. in. d. l. quod meo, & Francis. Aret. in. d. l. interdum. §. vlti. tamen aliis rationibus sequuntur principale dictum ipsius Bar. de quo & tu vide Claud. Aquen. in. d. l. quod meo: col. 1. versi. sed quærit Bar.

XXII. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia per constitutum transfert possessionem.*

1 AMPLIA VIGESIMOSECVNDO, vt procedat in ecclesia, & prælatis ecclesiasticis constituentibus se possidere nomine alterius, vt scilicet per eorum constitutum transferatur possessio, quæ apud illos scilicet naturalis tantum, si naturalem tantum habeant: ciuilis quoque, si ciuilem habeant, vt no. voluit Matthes. no. 167. nota ꝙ si tutor. Et id quidem in ecclesia minime dubium est, vt satis probant tex. in. c. cum venisset, & ibi palam sentiunt omnes, præsertim Anto. & Panor. de resti. spoli. Cardi. Floren. iu repe. c. perpendimus, col. 14. versicu. in hoc tamen, de senten. exc. & Barb. repe. rub. de reb. eccle. non alie. in. 2. dubio, Sed quod ad prælatos priuatim pertinet, vide quæ dicam infra in. 16. limitati.

XXIII. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum in testamento appositum, an & quando trãsferat possessionem. & num. 2. 3. 4. 5. & 6.*
Actus inter uiuos in testamento factus retinet uim actus inter uiuos & non ultimæ uoluntatis.
2 *Legatarius cuius nomine testator cõstituit se possidere, lucratur fructus a tpe mortis, immo a tẽpore traditionis.*
Testator tradendo potest mortem præuenire.
4 *Testator potest dare facultatem apprehendẽdi possessionẽ rei legate propria authoritate & expresse & tacite.*

1 AMPLIA VIGESIMOTERTIO, vt procedat in testatore se constituente possidere in testamento pro altero, non tantum respectu actuum inter viuos in ipso testamẽto factorũ, vt fieri possunt, per no. in. l. hæredes palam. §. vlt. ff. de testa. cũ multis aliis concor. a me fusissime congestis in nostris legibus connubialibus, in glos. 3. in verbo, contracter, nu. 94. intellige secundo, & seq. in quibus hauddubie per constitutum illic appositum transfertur possessio, vt expresse cõsuluit Oldra. cõsi. 114. factum tale est, quædam mulier. & Alberi. in rubr. C. de donati. col. 1. Imola. in. c. 2 col. 1. versi. no. q vbi in actu, de cõsuet. †Nam & is actus inter viuos in testamento factus retinet vim & naturam contractus, nec testamenti vim aut naturam recipit, vt per Bar. in. l. cum quis decedens. §. in codicilis. ff. de lega. 3. Bal. in. l. si auia, in princ. C. de iure delib. & diximus latius in. dd. l. 1. connubi. vbi supra.

2 ¶ †Non tantum igitur, vt id repetamus, constitutum in testamẽto factum transfert possessionem in actibus inter viuos inibi factis, sed & in actibus quoque vltimæ voluntatis, videlicet in institutione hæredis, & legatis. Nam testator constituens se possidere nomine hæredis, vel legatarii, in eos transfert possessionẽ, vt sing. voluit Bal. in. c. 1. col. vltim. versi. sed ecce impe-

tator, extra de confir. vtile, vel inutil. † is enim potest, vt ipse dicit, tradendo, mortem præuenire, per. l. Lucius Titius testamento. ff. de legat. 2. vbi est text. in id optimus, quem & ipse Bald. Angel. & Pau. Ca. ibi, ad id expendũt, & præterea idem Bal. post Bar. in. l. legatum est, eo. tit. & in. l. si cum. §. inter virum. ff. de donati. inter vir. & vxor. & in. l. filium, col. 7. versi. quarto no. C. famili. herc. & in. l. 2. col. 2. versi. sed iuxta prædicta quæro. C. de iure. doti. & in. l. 1. col. penul. versi. vnum scias C. si quis omis. cau. testa. vbi & illud dicit, ꝙ tunc legatum accipit naturam donationis causa mortis propter traditionem, de quo tamen vide Dy. Bar. & ipsum Bal. in. d. l. legatum est, & rursus eundem Bal. in. l. vltim. C. de vsur. & fructi. leg. vbi etiã dicit, huiusmodi legatũ redigi ad instar donationis causa mortis: & legatarium lucrari fructus a tempore mortis, immo forte. inquit, a die traditionis. Et iterum repetit ipse Bal. in. l. 1. col. 4. versic. item competit. C. com. de legat. & c. 2. circa medium, versic. nota in tex. ꝙ possessio, & ibi Barba. col. 3. de consuet. Angelus, in. l. filiam fratribus, & ibi quoque Alexan. ff. ad SC. Trebel. Barthol. Cep. in. l. irritam, quæ est vltim. col. 17. in paruis, versicul sextus decimus casus. C. de vsucapi. pro donat. vbi dicit sing. eum textum, in. d. l. Lucius. Philipp. Deci. loquens de fidei commisso, consi. 424. proponitur ꝙ magnifica domina, col. 3. nu. 15. Stephanus Bertran. consi. 58. sufficienter, ante fi. li. 2. Matthæ. Afflic. decisi. Neapol. 275. testator. Barth. Chasse. consi. 61. ex verbis, col. penul. versicu. sed quia ibi, & Fran. Rip. qui & illud dicit de transitione legati in donationẽ causa mortis, in. l. 1. nu. 13. ff. quor. bono.

3 ¶ † Et ad hoc quoque nonnulli præter illum textum in. d. l. Lucius, allegant. d. l. legatum est. ff. de lega. 2. & l. cum quis decedens. §. qui cum testamento. ff. de legat. 3. quæ quidem. ll. non admodum facere videntur. Sed bene facit quod voluit glos. in cle. dudum. §. verum, in verbo, datis, de sepult. Et quod de donatione causa mortis dicitur, in. l. cum quis. ff. de cond. ob caus. cum si. Quodq; scribit ipse Bal. in. l. ex testamento, ad fi. C. de fidei commis. & in. c. 2. ante fi. titul. de feud. datum in vicem leg. commis. in quibus locis Bald. loquens de constituto facto in testamẽto, non ipsum improbat ob id, quod factum est in te

stamento, sed ex eo q fuit appositū in testō inualido & reprobato, tāquam & ipsum cōstitutum inualidum sit, vt testamentum, in quo positum est, de quo nos latius dicemus in.7.limit. nu.15. nec hinc longe distat.

4 ¶ † Noluimus tamē, antequam hinc discedamus, illud prætermittere, quod Baldus in d.cap.1.de confirmat.vtili, vel inutil. nō id simpliciter dixit, ad quod supra post alios multos citauimus, Sed illud quidem dicit, non ualere precarium a testatore factum, quia nemo rē suam precario rogare potest, vt est tex. licet non alleget, in.l.neque pignus.ff. de regu.iur. Tamen legatarius ob id precariū poterit mortuo testatore ingredi possessionem rei legatæ, ea ratione, quā nos supra ex eo diximus. Et ita illud ipsius dictum sequitur & dicit egregium Iason in l.nemo, col.6. versic.secundo adde.ff.de legat.1.in priore lect. & iterum in posteriore, col.9.versic.secundo amplia. & in.l.iuste possidet, col.pe.in prin.ff.de acqui.posses.in.2.lec. & in.l.hæreditas.C.de hære.insti.

5 ¶ † Illud autem planū est (vt id obiter dicam, si quis forte dubitet) posse testatorem dare facultatem legatario & fideicommissario ingrediendi possessionem rei legatæ aut fideicommissariæ propria authoritate, per.l.Titia cum testamento.§.1.& ibi glos.Bar.Bal.& Imo.qui eam dicit sing.ff.de lega.2. cum si.a me late collectis in commentariis consuetudinum Pictauicarum, tit.6.qui est de testamens.§.4.in glo.2.in verbo, ne viegne a lheritier, num.3.fallit tamen primo. Idque etiam tacite, vt & ibi quoque copiose diximus, num.5.versi.amplia secundo, & multis seq. Licet multæ consuetudines Galliæ repugnent, non facientes id ius testatori.

6 ¶ † Sed nec id itē omittendum ducimus, id quod supra diximus, testatorem transferre possessionem per huiusmodi clausulam constituti, intelligendum esse secundum ea quæ infra a nobis dicentur in.2.limitatione, scilicet si se constituat iā ex eo tēpore, quo testatur, possidere nomine hæredis: vel legatarii, vel fidei commissarii. Secus si se cōstitueret possessurum post mortem suam. tunc enim id constitutum omnino esset inutile, inualidum, & inefficax, vt ibi late dicemus.

Ampliatio.

XXIIII. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum factum ab uniuersitate,communitate uel collegio,transfert possesionem.*

1 AMPLIA VIGESIMOQVARTO, † vt etiam procedat non solum in certa & singulari quapiam persona sese cõstituente posidere nomine alterius,sed etiam in vniuersitate, communitate,siue collegio id ipsum faciente. Nam & per id constitutum etiam transfertur possessio, vti expresse consuluit ex facto interrogatus Bald.consi. 438. pręmittendum est ad euidentiam,col.2.versi. & ad euidentiam præmittendum est,li.1.Et ad hoc facit quod supra de ecclesia diximus in.22. ampliatio.

XXV. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum factum procuratori,an transferat possesionem in dominum,& nu.4.*

2 *Argumentum a reciprocis fortißimum est in iure.*

3 *Procurator acquirit possesionem domino. Sed an per actum ciuilem,nu.5.cum seq.*

5 *Pactum legis cõmissoriæ uel adiectionis in diem,an quærat dominium uel possesionem per procuratorem.& numero. 6.& 7.*

6 *Primordialis dispositionis natura est attendenda.*

8 *Duæ fictiones possunt concurrere diuersis respectibus, & nume.9.*

9 *Factum a procuratore, non uidetur dominus proprie facere.*

10 *Fictiones duæ, ex diuersis fontibus orte, concurrere possunt, tendentes tamen ad commodum diuersarum personarum, & nume. 11.*

11 *Intellectus l. singularia. ff. si cert. peta.*

12 *Constitutum factum procuratori, an transferat possessionem in procuratorem.*

13 *Quid si constituens gerebat in animo possidere nomine procuratoris & non domini.*

14 *Quid si procurator quoq; hoc animo cogitabat.*

15 *Quid si constitutum dirigitur in ipsum procuratorem.*

16 *Notarius stipulans pro emptore stipulationem in persona sua nomine emptoris concipere debet, non in personam ipsius emptoris.*

17 *Syndicus uolens stipulari, stipulationem in sua persona, uniuersitatis nomine concipere debet.*

1 AMPLIA VIGESIMOQVINTO, † eorum respectu, quibus fit constitutum, vt non solum id procedat, cum fit constitutum domino, sed etiam cum fit procuratori eius, nomine ipsius. verbi gratia, vendo tibi vt procuratori Titii, & cōstituo me possidere nomine illo tuo procuratorio. Nam tunc etiam transfertur possessio in Titium dominum. Ita enim voluit Bar. in. l. si is qui pro emptore, col. antepe. versi. septimo & vltimo, & ibi Iason plene char. pe. versi. 5. principaliter, cū multis seq. ff. de vsucap. & idem Bar. in. l. ab emptione, ad fin. & ibi quoq; Bal. etiam ad fi. in vtraq; lec. Angel. Imola. & Iacob. a sancto Georg. col. 3. ff. de pactis, idem Bart. in. d. l. certe. ff. de precari. Bal. in. d. l. 1. col. 2. versi. 10 quæro. C. quan. lice. ab empti. disce. & in. l. 1. §. sinautem, in fi. C. de cadu. tol. & in c. 1. §. item inuestitura, titu. de not. feu. & in. c. si facta, colum. 2. versi. pone vendo tibi, tit. si de feu. fuer. contro. inter domin. &

agna.& vt à multis citatur,con.incip.casus talis est, quidam nomine Matthæus,sed illud non potui reperire. Saly. in l.1.in fin.C.per quas perso.nob.acqui. Imola.in.l.1.in fin. princip. & ibi quoque Raphael Co.colum.penulti.versicu ad hoc cõcludit,Roma.col.item pe.uersicu . vlterius inquantum dicit, Alexan.col.pe.versi.ex isto dicto,& Ias.col.pe.versicu. adde secus esse.ff.de acqui.possessio.& rursus idem Imola . Roma. & Alexand.& prӕterea Franc. Aret. & Socin.in.d.l.1.§.per procuratorem,quem Roma.legit cum.§.hæc quæ de seruis, eod.titu.& Raphael.Co.& Paul.Cast.in.l.quarundam, eod. quoque titu. Alter Raphael Fulgo.in.l.1.C.eod.titu . Roma. in.l.qui mihi donatum,colum.2.versic.responde quod si hoc. ff.de donati.& in.l.quod meo,in.3.notabi. & ibi Alexander, colum.1.ff.de acquiren.possesion . Corne. consilio.50. videtur in hac consultatione , ante fin.lib.1.vbi dicit non esse tutũ ab hac opin.in practica recedere & iterum con.117. multa essent,post prin.lib.2.Barb.suobscure in.c.2.col.antepe. uersic. in ea glo.ibi,per claues,de consuetu.Guid.Pap.deci. Delphin. 112.in dicta curia,paulo ante fi.Soci.consi. 239. punctus consultationis,col.vlt.lib.2.Vital.Camba.in tractat.clausularum, char.21.in paruis,in clausula,constituit se precario,&c. col.3. versi.si vero ipse procurator.Ias.in.l.quoties,col.4.uer.5.principaliter.C.de rei ven.Steph.Bertran.qui hanc dicit esse communem opi.con.130.ponitur in facto,ante fi lib.3.Lance. Galiau.in repe.rub.ff.de uerb.obli.col.41.uersi.item ex prędictis Ludo.Gozadi.con.16.in hac causa,col 2.nume.12. & con.15. videtur prima facie,colum.2.num.6.& quisquis is est,qui addi.ad Salycet.fecit, in.l.traditionibus, in principio.C.de pactis. Et ante hos non obscure videtur voluisse Ioannes Andre.a nullo tamẽ illorum citatus,post Dy.con.32.in addi.Spe cu.titul.de confessionibus.§.nunc uidendum uersi.quid si confiteor tuam esse.

2 ¶ † Hanc autem sententiam adiuuant textus in.d.l.certe.§.1. ff.de precari.nam licet is loquatur de casu contrario,scilicet in ꝓcuratore,qui pro domino se cõstituit possidere nomine alterius,ut diximus supra ĩ.1.ampl.uer.6.illud tamẽ dixerim: Tñ eadem uidetur esse ratio in eo,cui tanq̃ procuratori alter ccn-

ftituit,arg illo à reciprocis fiue correlatiuis,quod fortifsimum eft in iure.l.vlti..& ibi abunde Bar.Bal.Ang.& alii recentiores,& inter alios Iaf.qui adducit multos concor.C.de indict. uiduit.vti & ipfe facit in.l.fi priufquam,col.pe.ff.de no.ope. nunci.&in authe.quas actiones,col.7.verfi.3.principaliter.C. de facro.eccle.& confi.112.in primis,col.1.verfi.& in primis, lib.2.Quid tamen dicendum fit in procuratore conftituente, vtrum.f.transferat poffefsionem,videbis infra in.13.limi.

3 ℭ † Sed vt principale noftrum propofitum profequamur, ad eam quoq; fententiã afferũ.d.l.1.§.per procuratorem.ff.de acqui.poffef.vbi per procuratorem nobis acquiritur poffefsio &.d.l.quod meo.§.1.eo.titu.vbi procurator alienæ poffefsioni præftat minifterium,& in.d.l.quarundam,eo quoq; tit. vbi tantum operatur ficta traditio facta procuratori, quantum ea quæ facta eft domino.dicitur enim ibi,nihil ítereffe inter vtrãque,& ad hoc eum tex.expendit Raph.Co.ibi. Et id quoque probat tex.in.c.accedens,de præben.vbi per inueftiturã (quæ & ipfa ficta traditio eft.c.1.tit.quæ fit inue.cũ traditio eft, neq; enim femp eft,vt p Cano.inc.2.de confu.& in.c.1.de reg.iur. lib.6.⁊ Bal.in.l.1.C.de do.cum fi.)per inueftituram,inquam, factam procuratori transfertur poffefsio in dominum.

4 ℭ † At qui funt & alii multi contrariæ opinionis, vt fcilicet per conftitutum factum procuratori non transferatur poffefsio,in quibus eft Pet.a Bel.per.& Bar.fibi contrarius in.l.1.C. per quas perfo.nob.acqui.Gu.in.d.l.ab emptione, in fi. & ibi quoq; Alberi.col.2.verfi.quęrit Guil.aliam.ff.de pactis,& idẽ Guil.in.l.licet,col.11.C.de acqui.poffef.Bal.fibi quoq; cõtrarius fed fubobfcure in.d.c.cum veniffet,col.1.verfic.ibi cum is pofsideat,de refti.fpolia.& apertius in trac.de pactis, char.7. col.2.uer.iuxta hoc quęro.Ang.in.l.1.§.per procuratorẽ.ff.de acqui.poffef.& in.d.l.fi is qui pro emptore,ante fi.& ibi etiam Imo.col.vlti.qui id dicit fibi verius videri,licet in.d.l. ab emptione,cũ Bar.tranfiiffet.⁊ Pau.Ca.in.d.l.1.§.fi iufferim, in fi. & iterum in.d.l.quod meo,in fi ff.de acquir.poffef.Alex. fibi item contrarius in addi.Bar.in.l.qui mihi donatum,in fin.ff.de donati.Barba.late confi.8.fapienter doctifsimus,col.14. verfi. capio nunc aliud,& col.feq.lib.2.

5 ℭ † Horum sunt plurima fundamenta. sed hæc duo sunt pręcipua. s. l. ea quæ ciuiliter. ff. de acqui. rer. domi. vbi dicunt probari non posse per procuratorem domino immediate quæri, nisi per actum naturalem, & non ciuilem. Cuius authoritatę Bar. in. d. l. 1. C. per quas perso. dicit, ꝙ ideo per pactum legis commissoriæ vel addictionis in diem non quæritur dominiũ vel possessio per procuratorẽ, quia is actus est ciuilis, per quẽ procurator quærere non potest domino, per. d. l. ea quæ ciuiliter. & idem dicit per eandẽ. l. ipse Bart. in. l. qui mihi donatũ, in fin. ff. de donatio. & Ange. in. d. l. 1. §. per procuratorem. ff. de acquiren. possess.

6 ℭ † Sed ad id respondent alii, ꝙ ea. l. quæ vtitur verbo generaliter, non debet intelligi, vt necessario requiratur actus naturalis, vt procurator quærat domino: alioquin ei cõtradiceret: d. c. cum venisset: sed ita debet accipi, vt id plerunq; fieri solet. Item ꝙ ead. l. potest intelligi in iis quæ naturaliter acquiruntur, id est, per instrumentum naturale regulariter acquiri con sueuerunt. nam ea regulariter quærũtur per liberam personã. non autẽ ꝙ, vt fiat acquisitio, sit semper necessarius actus corporalis, quia etiam sufficit animus. d. l. certe. §. 1. ff. de precari. Vel vt alii dicunt, ea. l. loquitur in iure, quod solũ per actũ ciuilẽ quęrit, puta p stipulationẽ, aut aliũ similẽ contractũ: sed hic cõiter fit per actũ naturalẽ. s. per contractũ emptionis & venditionis, licet cõtingat, ꝙ actus ciuilis cõstituti suppleat materiã actualis traditionis: † vnde primordialis natura dispositionis est attendẽda. l. itẽ veniunt. §. cv prædixerimus. ff. de pet. hęre. & no. glo. in. l. certi condictio, in prin. ff. si cert. peta. Vel denique, vt alii, ꝙ traditio facta per constitutum non est simpliciter ciuilis, sed etiam naturalis, quia subrogatur in locum naturalis traditionis. d. l. 1. §. si iusserim. ff. de acqui. posses. At subro gatum censetur esse idem cum eo, in cuius locum subrogatur l. Publius. §. Titia. ff. de condi. & demon. cum si. Ex quo Bart. & alii in. l. postulante, per illum tex. ff. ad SC. Trebel dicunt statutum loquens in casu vero, procedere etiam in casu ficto subrogato in locum veri, vti etiam tenet Panormi. in cap. 1. colum. 1. de arbitr.

7 ℭ † Quod autem dicit Bart. in. d. l. qui mihi donatum. ff. de

donat.de pacto legis commissoriæ,& additionis in diem.Certe illi contradicunt glo.& Bal.in.d.l.1.C.per quas perso.nob. acqui.Imo.qui hoc late tractat,in.d.l.qui mihi donatum,col. 2.versic.extra glo.inquantum,& ibi Rom.col.2.versi. vltim. adde inquantum,& Alexan.in additio.ipsius Bar. idem Imo. in.l.stipulatio ista.§.si stipuler,col.penul.versic.item adde circa quintam,& ibi item ipse Roma.col.antepenultima, versi. item inquantum dicit,de verborum obliga.idem Roma.in.l. 1.§.hæc duæ de seruis,versicu.& deinde infert.ff.de acqui.possess.Vitalis Camba.in.d.tracta.clausula.vbi supra,nume.1. vti per eos videre poteris.

8 ℭ † Alterum,quia si priorē opi. admitteremus, concurrerēt duę fictiones,siue specialitates,cōtra.l.1.C.de dot.promis.cum si.Sed ad hoc respondet Bar.in.d.l.si is qui pro emptore.quod hic non sunt duæ fictiones,quia licet traditio sit ficta: tamē possessio est vera,& propria,per.d.l.certe.§.1.de precario.Sed hoc ex eo dependet,quod supra tractauimus in.1.amplia.an.s.hæc possessio sit uera,an vero ficta.

9 ℭ † Verū quicquid sit de ea re,potest dici duas fictiones hic cōcurrere diuersis respectibus,videlicet fictionē traditionis p cōstitutū vel precariū,quod nemo negat:& fictionē repræsentationis domini p procuratorē:quia quod facit procurator nomine domini,non videtur dominus proprie facere, vt satis probatur ex.l.1.§.deiecisse.ff.de vi,& vi arma.&.l.si pater, & ibi glo.in uerbo,ipse fecisse.ff.quæ in frau.cre.Dyn.in ca.qui per alium.ff.de reg.iur.Barto.in.d.l.si is qui pro emptore, in.5.q. prin.versi.venio ad secundum,& ibi Imo.char.vlti. de vsucacum concor.adductis ab Alexan.consi.65.visa quadam constitutione,col.2.lib.4.& a me in.ll.connubia.in glo.4.in uerbo,consentement,nu.27.& hoc quidem.

10 ℭ † Ideo vel hic dicendum est, non verū esse, duas fictiones simul non posse cōuenire:nā & contra posse probant alia multa iura adducta a Bar.in.d.l.si is qui pro emptore,col.pe. uer. in contrariū sic arguitur:aut si verū est regulariter,vt plerique omnes dicunt,intelligitur qñ procedunt ex eodē fonte: quod si ex diuersis,secus,per.l.singularia.ff.si cer.pet.& alia iura allegata ab ipso Bar.qui & id ipsum tradit in eodē loco, & preterea in

l.gerit,col.vlt.ff.de acqui.hęre.cum concor.adductis a Iaso.in d.l.si is qui pro emptore,in fi. Hæ autem duæ fictiones procedunt ex diuersis fontibus:altera enim respicit venditorem,qui eam traditionem fictam facit:altera ipsum procuratorem repræsentantem factum domini.

11 ℭ † Quanquam ⁊ ad hoc illud dici potest,tum demum duas fictiones ortas ex diuersis fontibus posse concurrere,quando tẽdunt ad commodum & vtilitatẽ diuersarum personarum:nã ita proprie loquitur.d.l.singularia,vt eam declarat Bart.in.d.l.si is qui pro emptore,col.pe.versi.2.casu,⁊ ibi quoq; Ias.col.item pe.versi.sed ad istud.nam in ea ipsa.l.singularia, pecunia fingitur data mihi fauore debitoris,vt sit a me liberatus:deinde videtur a me ad te profecta fauore mei creditoris, vt te habeam ex mutuo in tantum obligatum.Nisi in hoc nostro casu diceres ſm ipsum Iasonẽ,quod etiã venditor liberatur per cõstitutũ ab obligatione tradendi rem vẽditã ſm gl.in.d.l.ab emptione.de quo nos late diximus supra in.1.parte. nu.7. ex illa autẽ.&.3.seq. Sed tu hic vide quæ dicam inferius in.5.limita.

12 ℭ † Cæterum Io.Plat.in.§.ex his itaq;, ad fi.insti.per quas perso.nob.acqui.fuit hic in noua quadã opi.vt.s.per constitutũ factum procuratori,& alios hmõi actus fictos non quæratur possessio domino,sed procuratori,vt dicit scribi ab Ang.in.l.per procuratorem.C.de acqui.pos.vbi tamẽ nihil dicit Angel.in meo codice.nec hoc verbum puto:nam procuratoris animus non eo fertur,vt sibi q̃rat,sed domino: ideo nec sibi quærit,cũ possessio sine animo non queratur.l.1.§. adipiscimur.ff.de acqui.pos.⁊ dicemus latius in.30.limi.nu.53.ego vero, &.2. seq. nã & si eo animus ipsius ferretur,non tñ sibi quæreret : tũ quia non ei intendit quærere cõstituens,per ea quę dicã in seq. uertum quia nullus cõtractus pręcedit nomine ipsius procuratoris:sed domini,cuius nomine ipse contrahit : ex quo sequitur non posse ex constituto in illum transferri possessionem , per ea quæ dicit infra in.6.limi.

13 ℭ †Quod si sequaris primã opi.quæ communior est,eam intellige,si constituens gerebat in animo possidere nomine illius procuratoris,cui est factũ constitutũ, tanquã procuratori domini. secus si nomine proprio illius.Nam tum etiã si procu-

rator intelligeret recipere nomine ipsius domini, tamen in eũ non transferretur possessio vi huius constituti, cum id nec in possessione quidem reali fieret. l. res ex mandato. ff. de acqui. rer. domi. & l. pignori. §. vlti. ff. de vsucap. Et id multo magis, si neuter intendebat, vt quæreretur domino, etiam si procurator emeret propter mandatum, & cõtemplatione illius. l. qui mihi donatum, & ibi glo. & doc. ff. de donat. & glo. & doc. in l. 1. C. de acqui. posses. Et id expresse in cõstituto respõdit Corne. consi. 6. videtur in præsenti consultatione, col. 2. versi. & licet per constitutionem precarii, lib. 2. vbi subdit post Bart. & Paul. Cast. in d. l. qui mihi donatum, in dubio nõ videri animũ quærendi domino, nisi sit expressum.

14 ¶ † Quod postremum tamen (ne id omittam) ita intelligo, si simpliciter contraheret non assumpta qualitate procuratoris. quia in dubio quis facere quicquam videtur nomine proprio, non alieno. l. Papinianus, & ibi glo. & Alberi. ff. manda. cum aliis multis concor. a me collectis in tractatu Retractuum, tit. 1. §. 10. glo. 1. nume. 3. ego censeo: Secus si assumpserit titulum procuratoris alterius. nam tunc pro illo siue nomine illius, cuius se dicit procuratorem, facere videtur, etiam si aliter nõ exprimat. l. vlt. ff. de instit. act. q̃ quidem loquitur de institore: sed eam Bar. ibi trahit ad procuratorem. Et de procuratore quoque voluit glo. in. l. quacunque, in uerbo procurator. ff. de procurat. cum aliis quoque concord. a me congestis vbi supra, nu. 5. sed id intelligas, & seq.

15 ¶ † Secundo intellige illam primam communem opi. cum constitutum dirigitur in ipsum procuratorẽ nomine domini, non ẽt si in ipsum dominũ absentẽ: puta si ego domnm vendo Titio procuratori Meuii, & eã me cõstituo possidere nomine ipsius Meuii domini: tunc enim id constitutum non valet, nec transfert dominium & possessionem in Meuium, per. l. quæcunq; gerimus. ff. de actio. & obli. & no. a Bar. in. l. 1 in fi. prin. ff. de iure fisci. de quo & tu vide latissime per Roman. consil. 441. præsens instrumentum, in. 1. & 2. dubio.

16 ¶ † Nam & in notario stipulante pro emptore aut donatario, vt scilicet stipulatio concipiatur in persona ipsius notarii stipulantis pro ipso emptore, & non in persona ipsius empto-

ris, voluerunt Gul. Cu. & Bar. & Bal. in. l. nec ei. §. eorum. ff. de adoptio. Angel. Arean. §. cum autem, col. 2. versi. quaero quando tabellio, Insti. de adop. & in. §. serui autem, col. 1. versi. quaero qualiter tabellio, Instit. de iur. perso. Matth. Afflic. qui alios citat in constit. Siciliae incip. baiulos, col. 13. ver sic. limit. tertio.

17 ℭ † Et id nuncupatim in syndico quoq; stipulante, & constitutum recip. vt scilicet id recipiat nomine domini, id est, vt fiat constitutum ipsi syndico, nomine syndici non vniuersitati, respondit Corne. consi. 117. multa essent discutienda, col. 4. ver. ponderandum est, eo. lib. 2. de quibus & tu vide glo. Bart. Imo. & alios doc. in. l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de verbo. obliga. & Baldus in. l. prima, columna secunda, versicu. circa primum. C. per quas perso. no. acqui.

XXVI. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum factum negociorum gestori an transferat possessionem.*

1 AMPLIA VIGESIMO SEXTO, † vt id etiam procedat, cum sit constitutum negociorum gestori. nam & tunc ex eo transfertur possessio in eum, cuius negocia gerit, secuta ratihabitione, vt nũcupatim & in hac specie respondit Dy. cõ. 15. hoc capite, quaestio talis est, nam ratihabitio, inquit, aequiparatur mandato l. vlt. C. ad SC. Macedo. & c. ratihabitionẽ, de regu. iur. lib. 6. refert & sequitur Iason in. l. si is qui pro emptore, col. antepe. versi. contrarium. ff. de vsuca. Et idem non obscure voluit Barto. cuius Iason non meminit, consilio. 206. inter procuratorem. Sed id intellige, vt postea dicemus in trigesima limitatione, de notario stipulante nomine alterius absentis.

XXVII. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum seruo factum in dominiũ possessionẽ trãsfert.*

1 AMPLIA VIGESIMO SEPTIMO, † vt id similiter procedat, si fiat constitutum seruo: nam per huiusmodi cõstitutum transfertur possessio in dominum ipsius serui. Id qd minime dubium est cum text. in id expressum habeamus in. l. qui a seruo. ff. de actio. & obliga. vbi glo. id intelligit procedere, non solum ex causa peculiari sed & dominica, pro. l. quod seruus. & l. si me in vacuam. ff. de acquiren. posses.

XXVIII. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum an transferat possessionem in secundum donatarium, uidelicet cum quis donat Paulo quandiu uixerit, & post eius mortem Andreæ, & se nomine utriusque possidere constituit. nu. 2. 3 & 4.*

2 *Dominium non potest esse penes duos in solidum.*

1 AMPIA VIGESIMO OCTAVO, † vt etiam in secundum donatarium, nedum in primum transeat hæc possessio constitutitia verbi gratia, Petrus donat Paulo rem quampiam quandiu vixerit & post eius mortem Andreæ, iuxta. l. quoties. C. de dona. quæ sub mo. & eorum nomine se constituit possidere. Certe non solum in Paulum primum donatarium transfertur possessio vi huius constituti sed & Andream post mortem Pauli, si credimus Philip Deci. qui ita multis rationibus tenuit consi. 239. primo non videtur, col. 3. versicu. meminime, cum multis seq. vsq; ad fi. eius consi.

2 ¶ † Verum contrarium ex diametro tenuit. Gui. Pap. deci-

Delphin.512. Titius bona sua donauit, his rationibus motus, quoniam dominium & possessio fuerunt translata in primũ donatarium vi illius constituti: ideo non potuerunt ab eo vel eius vi §.differentia.ff.de acqui.poss. &.l.quoties.C.de preci. imper.offer. Sed hæc ratio non admodum mihi placet, quia ab initio istius donationis primus donatarius, cui ea lege res ita donata est, consensum præstitit, vt in alterum donatarium dominium & possessio transferretur, cum illam ea lege acceptauit. nam vel totam eam refutare, ac renuere: vel totam, vti ea facta est, acceptare debuit.l.Caius.ff.de manumis. cum aliis multis similibus a me cumulatis in tractatu Retractuum, titu. 2.in.fi.nu.4.huc quoq; spectat.& seq. Ideo nihil hic est, quod morari debeamus aliam huius donatarii vel hæredum voluntatẽ.

3 ℭ † Ideo ipse Guido aliam reddit rationem, quia adueniente conditione, qua res donata est secundo donatario, non potest fieri retrotractio respectu ipsius possessionis ad tempus, quo donatio facta est: quia hoc tempore conditionis impletæ donator non iam rem ipsam possidet: & ideo non potest transferri possessio per illud ipsius constitutum, per ea quæ notat Ange.in.l.quamuis.§.1.ff.de acquir.poss. cum aliis infinitis concordã. a me adductis infra in.1.&.2.limitati. Et si aliter, inquit Guido, diceremus, sequeretur illud absurdum, vt scilicet dominium eiusdem rei esset simul penes duos insolidum, contra.l.3.§.ex contrario.ff.de acquir.poss. &.l.si vt certo.§. si duobus vehiculum.ff.commoda. Et tandem respondet ad d.l.quoties.C.de donat. quæ sub mo. quæ videbatur huic sententiæ aduersari, vt ibi per eum videbis.

4 ℭ † Nec solus fuit Guid.Pap.in hac opi. nam & idem quoq; eo nõ memorato cõsuluit ex facto Step.Bert.con.276. Christi &c. viso casu mihi exhibito.col 2.nu.4.lib.1. nam, inquit, eo tempore constituens non est futurus possessor. quæ est posterior ratio Guid. Et ante vtrumque idem respondit Corne. con.173 in præsenti stipulatione.col.5.in fi.ver.sed nihilominus hoc non obstante, lib.2. Et secundum hanc sententiam fuit nuper iudicatum in nostra decuria Senatus Parisiensis die.9. Martii anno domini.1548.inter magistrum Ioannem Burgesium & Ioannem Chazereum.

XXIX. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum transfert possessionem rerum uniuersalium & numer.2.3.4.&.5.*

2 *Scientia eius cui quaerendum requiritur, & tamen in genere sufficit.*

3 *Constituens non tradit, nec accipiens acquiritur quod est incertum.*

6 *Constituens intẽtare potest interdictum aduersus tertium, licet non aduersus constitutarium.*

7 *Constitutarius perdit possessionem per lapsum.x. annorum, si cum realiter non apprehenderit.*

8 *Statutum Mediolani, ex quo non transfertur possessio ex constituto generali, quomodo intelligendum.*

1 AMPLIA DECIMO NONO, † vt vis huius constituti obtineat non solum in translatione rei cuiuspiam singularis, sed etiam in alienatione & obligatione vniuersitatis bonorum: vt si ego dono, vendo, obligo vniuersaliter omnia bona mea, vel quotam bonorum, & constituo me possidere nomine emptoris, donatarii, vel creditoris. Licet enim aliter ea bona non exprimantur, tamen transfertur possessio, vt volult Iaco.But. in authenti.hoc si debitor.C.de pigno.Bart.in.l.qui pignoris. ff.de acqui.poss.& in.l. Celsus, col.3.versi.sed pone ꝙ debitor. ff.de vsucap. Bald.in.l.si quis argentum §.sed si quidem.C.de donat.trahens illum textum loquentem de retentione vsusfructus in donatione vniuersali ad constitutum.dicitq; illum textum esse ad hoc notandum.& in.l.nullo, ante fi.C.de rei vendic. Angel.con.106.quaedam mulier, in fin.iunctis praecedentibus. Raph.Com.in.l.quod meo, col.vlt.versi.item posset dubitari.ff.de acquir.haere. Ange.Are.in.§ actionum, col.6.ver. quaero iam est mensis.& versi.seque.Insti.de actio.& Iason in

l.3.§.in certam,col.vlti.versi.sexto no.ff.de acquiren.possess.& consi.147.præsens consultatio col.9.ver.quia dico,lib.2.Matthæ. Afflic.deci.Neapo.139.magna fuit dubitatio,col.vlt.ver. dicebant quidam. Lancel. Galiau.in repet.rub.ff.de verborum obligatio.col.41.ver.item ex prædictis.Et hoc quoq; satis voluerunt omnes quos in seq.ampliat.citabimus.

2 ℂ † Tamen Lauren.Calca.primus, & nullo (quod sciam) præeunte,con.29.in Christi.&c.magnificus dominus Rolandus,col.3.versi.quantum vero ad constitutum ausus est, & is quidem solus, tenere contrarium, his propemodum rationibus. Primum enim,ait,vt transferatur possessio per constitutum,necessaria est illius scientia,cui acquiri debet,vt voluit gl. in.l.quod meo.ff.de acqui.hære. Cui quãtum ad id adde quod & nos dicemus infra in.30.limit.versicu.53.ego vero,vt iudicium.& multis seq. Sed in huiusmodi constituto generali, is cui sit ipsum constitutum, verisimiliter non habet scientiam omnium rerum.

3 ℂ † Item quia nec constituens tradere, nec accipiens acquirere potest,quod incertum est.l.locus.ff.de acquiren.possess.& l.emptor.& ibi not.ff. de vsucap.pro emp.incerte enim rei possessio acquiri non potest.l.3.§.incertam.ff.de acqui.possess. id quod prope incidit in priorem ratonẽ.nam possessio acqui ri non potest siue animo eius, cui quæri debet.l.1.§. adipiscimur,& ibi doctores.&.l.3.in prin.ff.de acqui.posse.ꝛ dicemus plenius in versicu.nuper allegato. Animus autem ad ignorata applicari non potest:ergo nec eorum possessio acquiri potest.

4 ℂ † Deniq; vt redeamus ad Calca.illud confestim absurdum suboritur:si id recipimus,nempe ꝙ is qui huiusmodi constitutum fecit,si spolietur rerum suarum possessione,aut in ea turbetur,nullum poterit intentare interdictum.Et illud quoq;,ꝙ ille constituens nunquam poterit præscribere contra creditorem,etiam per.40.annos : quoniam contra possidentem nulla currit præscriptio,vt not.glo.in.§.item seruiana, in verbo, nihil interest,Insti.de actio. Subditq; Calca. ꝙ si doctores has rationes cogitassent,non eam sententiã secuti fuissent,quã velu ti aliũ agentes,& in transcursu, ac nulla animaduersione, sed indeliberate tenuerũt,imo magis præsupposuerũt,vt ipse loqr.

5 ℭ † Verũ hæ Calc. rationes non tanti mihi esse videntur, vt il los a priori sententia dimouissent. nam prima non necessario concludit: non enim impossibile est, licet difficile sit, scire omnes alterius facultates. Istudq; est magis quæstio facti, q̃ iuris: nec requiritur specialis scientia rei, vt ipsius possessio acquiratur, sed sufficit in genere: alioquin nunquam acquireretur rei non visæ possessio: quod falsum est. Et alias videmus scientiã vel cogitationẽ genericã, vt ita loquar, siue in genere, satis esse. l. qui iure militari, & ibi Bal. & Angel. ff. de milit. testa. & voluerunt Pet. Dy. & Bart. in. l. sub prætextu, la. 2. C. de transac. Bar. in. l. si de certa, circa medium, eod. tit. cum infinitis prope concord. a me congestis in repet. l. si vnquam, in præfatione, nu. 78. horum præcipuum, cum duobus prçcede. versiculis. Et faciunt quæ dicemus inferius in sequen. ampliatione, in qua loquemur de constituto apposito super rebus futuris.

6 ℭ † Secunda autem ratio Calc. in idem quod iam diximus recidit. Ad quod tertio loco dictum est, facile dilui potest. Nã & si constituens non posit intẽtare interdictum aduersus eum qui constituit, potest tamẽ aduersus alium vt est textus expressus in. l. qui precario ff de precar. & l. 1. §. vlti. cum. l. sequen. ff. vti poside. cum simi. Et præterea hæc ratio nihil mouet, quando & ea, si consideranda esset, haberet locum in constituto rei particularis: & tñ non impedit possessionis trãslationẽ.

7 ℭ † Aliud absurdum eadẽ ratione nihil obest, cũ etiam in cõstituto rei singularis procederet. Et quia etiam is cui factum est constitutum, per lapsum decennii perdit possessionem, nisi eam realiter apprehendat, vt voluerunt Bald. Ioan. Castel. Signo. Homo. & alii plerique inter con. ipsius Bal. con. 150. casus actualiter. li. 2. Sed tu tamẽ de hoc vide q̃ dixi supra in. 13. amplia. numer. 7. scio tamen & quę latius dicam in. 21. limit.

8 ℭ † Vt interim scias Mediolani statutum esse, ne ex constituto generali omnium bonorum transferatur possessio, vt videbis apud Fran. Curti. Iuniorem, consil. 108. sacratissimæ trinitatis, colum. 3. versi. ex præmissis remanet, lib. 2. vbi declarat quomodo id statutum sit intelligendum.

XXX. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum an transferat possessionem in bonis futuris.& nume.5.*
Quid si constituens ea postea acquirat animo sibi quærendi,& non constitutario.nu.12.13.& 14.
Quid si ea mente,ut tertio acquirat.nu.16
2 *Precarium trahitur ad partum nasciturum.*
3 *Quod nondum est in rerum natura, non potest in acquisitionem deduci,tamen si deductum fuerit sumit robur illico.quam incipit esse in rerum natura.*
4 *Quæ prohibita non sunt,promissa esse censentur.*
6 *Societas non transfert dominium rerum futurarum licet eæ sint communicandæ.& num.7.&.8.*
9 *Constitutum non transfert possessionem, nisi constituens tempore constituti possideat.*
10 *Tēpus in qđ actus cōfertur,nō ipsius actus inspiciēdū est*
11 *Certitudo in genere,an sufficiat.*
12 *Quærenda facilius tolluntur,q̃ quæsita.*
15 *Constituto non potest constituens renunciare in præiudicium constitutarij.*
17 *Constituēs in dubio censetur uelle quærere constitutario.*
18 *Constitutum simpliciter appositum, non censetur in dubio appositum rebus futuris.*
19 *Constitutum comprehendit futura bona, si principalis dispositio ea comprehendit,quod si non comprehendit,nec constitutum comprehendet.& numer.20.*

21 *Constitutum an trahatur ad nomina, iura & actiones, aut alias res incorporales futuras, & nu. 22.*

22 *Incorporalium rerum quasi possessio queritur sola cessione & patientia.*

Statutum, le mort saisit le uif. an habeat locum in rebus incorporalibus.

23 *Constitutũ, an trahatur ad res quærendas ab hæredibus.*

1 AMPLIA TRIGESIMO, † vt huiusmodi constitutum siue precarium habeat vim transferendæ possessionis nõ solũ in bonis præsentibus & iam quæsitis, sed & in futuris quoque & quærendis: vt si quis donet omnia sua bona præsentia & futura, atq; se constituat possidere pro donatario, nam tunc ex huiusmodi constituto transfertur possessio bonorum illorum futurorum tum cum erunt acquisita, sicuti & nunc præsentium. Ita enim voluit Iac. But. in. d. l. vlt. & ibi quoq; Barr. in fi. qui tamen nonnihil nutat, & Saly. etiam in fi. C. quæ res pigno. obli. pos. & idem Bar. con. 76. punctus talis est, pater filio emancipato donauit. Bal. in rub. C. de contrah. emp. in. 21. quæst. & in. d. l. si quis argentum. §. sed si quidem. C. de donatio. Angel. vt a multus citatur, in. l. 1. in prin. ff. de pign. sed id non dicit in meo codice, nec vllo modo loquitur de constituto: sed id quidem voluit con. 179. visis prædictis instrumentis, col. 4. ver. vbi autem interuenisset, & in sua disputatione inci. in refulgenti deliciarum palatio, col. 4. versicu. sed incidenter quæri oportet. Saly. in. l. 2. circa medium, versi. quæro vendidi Titio. C. de contra. emp. Imo. in. l. stipulatio hoc modo cõcepta, ad fi. & ibi Alex. col. 7. ver. & præsupponitur. ff. de verb. obli. Rap. Co. con. 54. Leonardus col. 2. Alex. in. l. 3. §. incertã, co. 3. ver. extra. gl. inducitur, & ibi quoq; Fran. Are. col. 2. ver. dicit etiam dominus meus. & Soc. qui dicit hanc esse cõmunẽ opi. col. 2. versi. & ista inducũtur, & iterum col. vlt. ver. quinta & vlti. & Ias. in vtraq; lectura. s. in priori, col. 2. & in posteriori, col. vlti. & Clau. Aquen. versi. & inducuntur prædicta. ff. de acqui. possess. idem Alexan. consi. 85. ponderatis, col. vlt. versic.

nec

nec insisto,lib.6.vbi & hanc dicit esse communẽ opi. Ang. in §.actionum,col.5.versi.hinc sumpta occasione,Insti.de actio. Bar.in.c.vl.col.pen.ver.sed vtrum istud,extra de precar. Soci.consil..11.in causa dominæ Catharinæ,ver.nõ ommitto ꝙ Iacobus,lib.3.Io.Petru. in.l.ab emptione. ff. de pactis. Iason consi.147.præsens cõsultatio,col.9.versicu.nec dicatur ꝙ tale constitutum,lib.2.vbi & hanc itẽ dicit communẽ opi. Vital. Camb.in tracta. Clausularum,in clausula constituti, col.pen. versi.item hæc clausula constituens.Carol.Rui.con.177.visis & intellectis, col.2. nu.3.lib.1. & iterum consi. 127. visa facti narratione,col.4.ver.præterea incertitudo li.5. Matt. Afflic. deci.Neap.57.quædam Altruda,col.3.versic.sed in contrariũ, iterumq; deci.335.pro decisione,col. 3. versi. aut quis obligat, vbi dicit ita iudicasse sacrũ consilium Neap. And. Alcia. in. l. subsignatũ.§.vlt.ff.de verb.signi.& in.l.vlt.in verbo,neq; donationes,col.2.C.de pactis.& Fran.Rip.in.l.1.col.1. ver. ampliatur tertio.ff.de pigno.Anto.Negusa.in tract.de pigno.in.2. parte.2.membro,col.1.nu.3.

2 ¶ †Horum sunt multæ rationes,quibus ad id dicendum innituntur.Primum enim id probare videtur textus in.l. quanuis, in princi.ff.de procura.vbi si me constituo posidere precario ancillam quampiam,extenditur id precarium ad partum nasciturum.Quem tex.ad hoc annotauit Imo. in. d.l. stipulatio hoc modo concepta,de verb.oblig. Sed huic rationi facile responderi potest,nempe ꝙ in casu illius.l. illud futurum,scilicet partus est accessorium rei præsentis, scilicet ancillæ, imo eius pars esse dicitur.l.1.§.ex hoc ædicto.ff.de ventr. inspici. Ideo nil mirum,si ipsum accessorium sequatur naturam sui principalis.l.cum principalis.ff.de regul.iur.& ibi concor. aut vt verius dicam,si pars suum totum sequatur.l.quæ de tota.ff.de rei vendica.cum si. Alia autem bona futura,quæ scilicet post constitutum acquiruntur, nihil habent commune cum præsentibus,nec ab illis vllo modo dependent.

3 ¶ †Ideo & huius opi.sectatores alias rationes afferunt, hanc scilicet,quæ in simili versatur. Nam quanuis id quod nondum est in rerum natura,non posit in dispositionem acquisitiuã deduci.§.at si quis,Insti.de inuti.stipula.tamen si rei reipsa dedu-

ctum fuerit, tunc dispositio illa acquisititia incipit operari effectum acquisitionis, cum primum illud incipit esse i rerum natura. l. nec emptio. ff. de contrah. empt. & l. 2 quæ nondũ. ff. de pignori. & l. 1. ad fi. ff. de condi. & demon. & l. interdum. ff. de acqui. hære. & §. ea quoque, Insti. de legat.

4 ¶ † Et hanc quoq; rationem, quæ depromitur ex. d. l. si quis argentum. §. sed si quidem. C. de donati. vbi per retentionem vsufructus bonorum vniuersalium transfertur eorundem possessio. quem tex. & nos ex Bald. adduximus supra in præced. ampliat. Igitur si bonoꝝ vniuersaliũ, consequenter & futurorũ, vt plurimi etiam eũ tex. intelligunt. Item, inquiunt, nulla lege prohibitum est fieri cõstitutum respectu bonorum futurorum: ergo permissum esse videtur: quia quæ prohibita nõ sunt, permissa esse censentur. l. magistratus, & ibi glo. quæ affert cõcord. ff. ad municipa. Sed ad priorem illam rationem dicunt ii qui sunt alterius opi. quos statim citabo, eum tex. in. d. §. sed siquidem, nihil exprimere de futuris, ideo ex eo id non probari ad quod citant. Ad posteriorem dici potest, id satis prohibitum esse per rationes, quas mox afferemus.

5 ¶ † Sunt igitur plurimi alterius sententiæ, vt scilicet constitutum non operetur translationem possessionis in bonis futuris: & inter hos Dynus, in. l. hæredes palam. §. vlti. ff. de testa. Bald. sibi contrarius, in. l. 1. §. vlti. quem legit cum. l. seq. ff. pro socio, in lec. antiqua, per glo. ibi, quam dicit sing. & idem Bal. sibi contrarius in d. l. stipulatio hoc modo concepta, 2 ibi etiã Angel. sibi item contrarius, col. 2. versi. quinimo & hic doc. ff. de verb. obli. idem Bal. in. c. cum venisset, paulo ante fin. ff. de resti. spolia. vbi & huius rationem reddit, quia non potest alii prius possidere, q̃ sibi. & con 337. in primis videndum est, col. 2. lib. 1. & con. 166. a libello, versi. sed hic aduertendum, lib. 4. Ipse Angel. in. l. vlt. col. quoq; vlti. versicu. ego alias dixi. C. de pactis. Pet. Vbal. in repet. l. cum duobus. §. Papinianus, chart. 9. versi. circa quartam partem. ff. pro socio. Roma. in. d. l. 3. §. incertam. ff. de acqui. posses. & in. l. quamuis. §. 1. versic. & hoc facit, eo. tit. Corne. con. 252. primo videndum est, col. 2. versi. item dato q omnia bona, & iterum col. 4. versi. & hoc etiam confert, lib. 3. Batthol. Cepol. qui id dicit fin. in. l. irritam, quæ

est vltim.col.18.in paruis,ver.& adde prędictis.C.de vsucap. pro donat.Guido.Pap.con.214.circa materiam, col.3.versi. item licet qui per talem.Bart. Chasse.con.39.pro decisione,in 2.dubio,in fi.Matth.Afflic.Deci.Neapo.139.magna fuit, col.
6 3.ver.& hæc vera sunt. ¶ †Et horũ item sunt plurimæ rationes. Nam futura nondum possessa vere tradi non possunt, vt quę nondum posideantur ab eo, qui tradere vult per constitum.nemo enim dat quod non debet.l.traditio.ff.de acqui.re. domi.cũ si.debet enim esse aliquod corpus,qd tradi queat.l. ꝙ si nulla.ff.de hæred.vel acti.vendi. Et cũ id vere fieri non possit,nec ficte quoq; potest, †cũ fictio non posit plus operari,ꝙ̃ veritas.l.liber homo.ff.de stipula. seruo &.l.electio.§.si is.ff. de noxa.actio.&.l.adoptio.ff.de adopt.cum si. Ex quo fit, vt quãuis ex contractu societatis transferatur dominium rerum præsentium, quia videtur interuenisse ficta quædã ⁊ tacita traditio.non tamen futurorum.l.1.§.vlt.cum.l.seq. iuncta glos. vlt.&.l.1.ff.pro socio.Et maxime ꝙ gl.in.d.l.2.vr̃ ęqui parare illã tacitã traditionẽ, q̃ ex societate fit,ꝑcario vel cõstituto.
7 ¶ †Sed ad hãc rationẽ potest respõderi,& ad id primũ quod primo loco dictum est, per huiusmodi constitutũ non continuo transferri possesionẽ rerũ futurarũ,cũ eas cõstituens nõdũ habeat,sed tunc cum incipit habere ⁊ posidere, ipsum cõstitutũ quod in tempus conferebatur, vires transferendi assumere,vt paulo mox dicemus.Et ad id quod continenter dictũ est de societate, id respondent, ꝙ in huiusmodi contractu illa simplex & tacita traditio non comprehendit bona futura, vt patet ex.l.si quis societatem.ff.pro socio.Hic autem constitutum expresse interponitur super bonis futuris.
8 ¶ †Quod siqs aduersus hãc responsionẽ insurgat, dicatq; societatẽ oĩum bonoꝝ esse eius naturæ,vt respiciat cõicationem etiã futuroꝝ,nedum præsentiũ.l 3.§.cum specialiter.ff.pro socio.ergo actus ineũdę societatis q habet vim cõstituti, vt dictũ est,pariter respicit pręsentia ⁊ futura,vt ęqualis sit determinatio.l.iã hoc iure.ff.de vulg.& pupil. Huic responderi potest, ipsum actũ ineũdi significare bona præsentia & futura quæsita nomine societatis,esse communia,per.d.§.cum specialiter: sed bona futura quæsita nomine proprio, esse cõmunicãda.l.si

ſocietatem vniuerſorum.l.ſi fratres.§.ſociũ vniuerſa,eo.tit. Ex quo & alia ſolutio infertur:quia ex fictione eſt, vt actus ineundæ ſocietatis,prout habet vim tacitæ traditionis,extẽdatur ad futurum tempus,quo bona quæruntur: & eſſet alia fictio, vt mediante,vt noſtri loquuntur,illo actu transferatur poſſeſsio: & ſic concurrerent duæ fictiones,contra no. in.l.1. C. de dot. promiſ.cum ſi.

9 ℂ†Sed & ad hanc poſteriorem opi. illud adducitur,ꝙ conſtitutum non transfert poſſeſsionem niſi conſtituens tempore cõſtituti poſsideret,etiam ſi poſtea poſsideat: vt late dicemus infra in.1.limi.præſertim,verſi.12.tertio amplia. Præterea res futura incerta eſt ratione quotæ & loci.nemo enim certo ſcit, quam rem quæſiturus ſit:neque vtrum pro parte,an in totum: ideoq; nec eius poſſeſsio transferri poteſt.d.l.3.§.incertam. & l.locus.ff.de acqui. poſſeſ.& id præſertim per conſtitutum, vt late dicemus infra in.19.limitat.

10 ℂ † Sed ad illud primum ſatis reſponſum eſt ex præcedentibus:quibus tamen addes quæ & nos dicemus in.d.1.limitatio. verſi.14.verum huius contrarium.&.2.ſeq. Ad ſecũdum quod de incertitudine eſt,reſponderi ſolet, eam incertiudinem ceſſare,cum primum bona ſunt poſtea quæſita,ſicut dicimus,quando quis emit fructus naſcituros.nam ipſis poſtea natis non dicitur empta res incerta.l.interdum,in prin.ff.de verb.obliga. &.l.nec emptio.ff.de contrah.empt. Is autem qui ſe conſtituit poſsidere bona futura pro altero,videtur tunc ſe poſsidere pro illo conſtituere,cum ea fuerint quæſita,quo tempore res certa eſt reſpectu quotæ & loci.Et id tempus, in quod conſtitutũ refertur,inſpici debet.l.ſi eum.§. vlt.cum.ſeq.ff.de donati. inter vi. & vxo. &.l.in tempus,in prin.ff.de hære. inſtit.& nos quoque dicemus infra.

11 †ℂPræterea & illud quoque reſponderi poteſt ad eam incertitudinem,ꝙ licet ab initio ſit quædam incertitudo reſpectu rerum particularium,eſt tamen certitudo reſpectu vniuerſi,tam bonorũ præſentium quam futurorum:quæ facit vt bonorum vniuerſalium præſentium transferatur poſſeſsio : quod minime dubium eſt. vt patet ex his quæ diximus in præcedẽti ampliatione,licet ſit quædam incertitudo reſpectu particularium

in vniuersis cōprehēsorū. Et alias sufficit generalis certitudo, ar. l. qui iure militari. ff. de testa. mili vt etiā diximus in ea prę ced. ampl. ver. verum hæ. In. dd aūt. ll. quæ a possessione reijciūt incertitudinē, erat īcertitudo respectu rei particulasis, nec erat certitudo in vniuerso.

12 ℭ † Porro si priorem op. teneas. quæ communior esse uidetur, & q̄ in practica sequi solemus. eā intelliges primū ex sententia Bal. in. d. rub. C. de contrah. emp. in. 21. quęst. vt procedat, quando ille qui ita cōstituit, postea acquirit bona illa futura eo animo, vt acquirat constitutario. Secus est, si eo animo, vt sibi, non illi acquirat. Tū quidē primū per tex. quem ad hoc dicit no. in. l. actione §. ꝙ si quid post. ff. pro socio: tum ꝙ in quærendis potest quis præiudicare ei, cui acquirere debuit, per tex. in l. vlt. C. de acqui. posses. Cui adde quantū ad hanc posteriorem rationē, multa in eādem sentētiam congesta a Barb. consi. 41. illud afferam, col. 16. ver. itē est ponderādū, & seq. li. 1. & Fely. in ca. quæ in ecclesiarū col. 19. ver. & ista cōsideratio, de const. & Iaso. con. 296. an rex Romanorū, col. 4. li. 2. Philip. Dec. in l. seruus. C. de pactis. & con. 269. consultus, col. 4. versi. & hoc præsertim, & a me in cōmēt. consu. Pict. tit. 2. §. vlt. in. glos. 4.

13 ℭ † Sed & idē quoq; in hoc nostro casu tenuit ipse Bal. in. d. l. actione. §. renūciare, per tex. in. d. §. ꝙ si quid post, quē etiā dicit no. Et vtrobiq; dicit idē respondisse Franc. Tig. suū præceptorē, monetq; mēti tenēdum esse. Et idē præterea tenuit Raph. Co. in. d. l. quod meo, in prin. col. vlt. paulo ante fi. ff. de acqui. posses. & Fran. Are. in. d. l. 3. §. incertam, col. 2. vbi supra citauimus. & ibi quoq; Soci. col. vlt. versi. tertia difficultas, & Claudiū Aquensem, versi. hanc tamē cōclusionē. vbi ad hoc allegat text. in. l. 1. §. procuratorem. eo. titu. vbi per procuratorem tū demum nobis acquiritur possessio, si ea mente id fecerit.

14 ℭ † At contra id expresse tenuit Saly. in. d. l. 2. col. 1. circa medium, in versi. quæro vendidi Titio. C. de contrah. empti. & in. d. l. actione. §. quod diximus. ff. pro socio, ea ratione innixus, quia eo momento, quo constituens sibi quærit, constitutū vires recipit in quæsito, nec potest ipse constituēs mutare propositum, & renunciare rei quæsitæ inuito constitutario, ar. l. sicut. C. de actio. & oblig. 4. l. in cōmodato. §. sicut. ff. de cōmod.

Licet e diuerso ipse cõstitutarius ei renũciare possit.l.lucius.ff. de donati.&.l.cum precario.:ff.de precario. Et hanc quoque partem secutus est Alex.in.d.§.incertam, paulo ante fi.& Antonius Cochus inter con.Soci.consi.77.repetito,in fi.lib.4.& Barb.in cap.vlti.col.pe.de precario.

15 ℭ † Ad contrarias autem rationes respondet Saly.vbi supra: primum ad.d.l.actione.§.ꝙ si post.ꝙ ibi certe societati renunciatur.quod fieri potest:at constituto non potest, vt dictum est. In.d. autem.l.vlti.C.de acquir.posses.colonus nec sibi nec alii vult quęrere.Sed hic sibi vult q̃rere:& sibi quidem quęrendo, in consequentiam quærit constitutario ex contractu pręcedenti,a quo resilire non potest inuito eo, cui ex eodem contractu quæri debet.id est,vt aliter dicam quis potest alteri præiudicare in quærendis,dum sibi non acquirit: sed sibi quærendo non potest. Et id credo verius.

16 ℭ † Quod tamen intelligit idem Alex.in.d.§.incertã, in illis ipsis terminis,in quibus supra locuti sumus,cum.s.acquirit animo sibi acquirendi,non constitutario.Id enim facere non potest,quin constitutario acquirat,vt diximus. Secus si acquireret ea mente,vt alteri extraneo acquireret.tunc enim præiudicaret ipsi constitutario, per.l.1. §. & quæ de seruis, &.§. per procuratorem.ff.de acqui.posses.quod & non obscure videtur voluisse ante eum.Saly.in.d.l.2.de contrah.emp.dum respondet ad.d.l.vlt.C.de acqui.poss.vt diximus in præcedẽti versi.

17 ℭ † Sed quicquid sit illis in casibus, tamen in dubio semper præsumerem hunc constituentem acquisiuisse animo quærendi constitutario,tum arg.l.merito.ff.pro socio,&.l.qui iure familiaritatis.&.l.seq.in prin.ff.de acqui.posses.cum si.& quod tradit Bart.in.l.gerit, col.5.versi.assumo primum.ff.de acqui.hæred.Tum quia non præsumitur mutatio voluntatis.l.eum qui.ff.de proba.& ca.maiores,extra de baptis.Et ita nuncupatim voluit in hoc nostro casu Rapha.Co.in.d.l.quod meo, in prin.ff.de acquir.posses.Io.a monte Sperello in.l.ab emptione.ff.de pactis.Fran.Are.in.d.§.incertam,col.vlt.versic.sed in dubio,& ibi quoq; Soci.colum item vlt.versi.quarta difficultas,& Angelus Are.in.§.actionum,vbi supra,Instit.de actio.

18 ℭ † Intelliges secundo primam illã opi.qua.s.dictum est,cõ

ſtitutũ etiam in bonis futuris operari poſſeſsionis translationẽ quando ipſum conſtitutum expreſſe appoſitum eſt ipſis rebus futuris. Quod ſi apponatur ſimpliciter omnibus bonis, nulla expreſſa futurorum mentione facta, id certe ad ea non trahitur, vt aperte videre licet ex Iac.But. & alijs in d.l.vlt.C.quae res pigno.oblig.poſſunt. & nuncupatim voluit Franc.Are.in d.§.incertam, in fi. & Iaſon in.l.ſi ſocius, col.1.ff.ſi cert.petat.

19 ¶ †Sed hoc tamen ita temperandum eſt, ſi apponitur huiuſmodi conſtitutũ ſuper alienatione rerum ſimpliciter. nam ſicuti alienatio etiã omnium bonorum non comprehendit futura, niſi ea quoq; expreſſa fuerint, per.l.ſi ita legatũ.ff.de aur. & arg.leg. &.l.vl.§.1.ff.de lega.2.cum ſi. Ita nec conſtitutum etiã ſimpliciter appoſitũ ſuper ea alienatione, nẽpe qđ regulatur ſecundum naturam principalis contractus, in quo apponitur, arg.l.vlti.§.1.ff.de conſtitu.pecu. & dicemus latiſsime infra in.7.limitatione, num.24.hucq; ſpectat, & multis ſequen.

20 ¶ Quod ſi conſtitutum ipſum apponatur ſuper obligatione bonorum ſimpliciter, tunc certe trahitur ad bona futura, vt ipſa obligatio ſuper qua appoſitũ eſt, per.d.l.vlt.C.quae res pigno. obli.poſſunt.ſi modo vera eſt ea opinio, quae dicit conſtitutum trahi ad futura: quã nos ſecuti ſumus. Et id nuncupatim uoluit Iacob.But.in ea ipſa.l.vlt. & Rom.in.d.l.ſtipulatio hoc modo concepta, colum.vltim.verſic.circa quod ſciendum, de verbo. oblig. vbi id dicit ſe tenere, licet ipſe aliter tenuerit in.d.l.3.§. incertam.ff.de acquir.poſſeſ. & Ange.Are.in.d.§.actionum, col.5.verſi.hinc ſumpta occaſione, Inſti.de actio. & Soci.in.d. §.incertam, colum.2.verſicu.aduerte tamen. & bona pars eorum, quos ſupra citauimus in prin.huius amplia.

21 ¶ †Intelliges tertio eandem ſententiam, quae trahit conſtitutum ad futura, vt non procedat in quaſi poſſeſsione iurium ſiue nominum futurorum. Nam etſi eorum quaſi poſſeſsio transferri poſsit ex conſtituto, vt poſtea dicemus in.32.ampliatione: non tamen futurorum, vt expreſſe voluit Andreas Alciat. legum interpres doctiſsimus ſimul & elegantiſsimus in.l.vlt.in gloſ.neq; donationes, colum.2.verſic.ſed tamen nec hoc.C.de pactis.ar.l.ei a quo.ff.de vſucapi. & quod dicit Bar. in.l.cum falſa, C.de iur. & fac.igno.

22 ¶ † Tamen, vt dicã quod sentio, neque ille textus quicquã ad id facit: nec de hac re loquitur Bart. vbi supra: nec video rationẽ vllam differentiæ inter possessionem rerũ corporaliũ, & quasi possessionem incorporalium, quantum ad hanc rem pertinet: nisi quod hæc facilius quærıtur, scilicet simplici cessione, & patientia, vt dicit glo. in. l. vlt. C. quan. fisc. vel prin. & in. l. vlt. ff. de don. cum aliis concord. a me collectis in tractatu Retractuũ, tit. 1. §. 1. glos. 6. in verbo, ou autres choses, nu. 12. Nec horũ alia traditio requiritur ad dominii translationem, vt tradit Bald. in. l. traditionibus, paulo ante fi. C. de pactis. & in. l. 1. etiam ad fi. C. com. vtriusque iudicii. & alii quos citat & sequitur Alex. con. 184. in causa & lite inter Nigrixolũ, col. 2. ver. vltra prędicta, lib. 6. Proptereaque Inno. in. c. in literis, in ver. prius, col. 1. de rest. spolia. & Floria. in. l. seruitutes, la. 3. col. 3. versic. quid autẽ si esset consuetudo. ff. de seruit. si, inquiunt, per fictiones datur possessio rei corporalis, multo fortius incorporalis, per quædã iura allegata ab ipso Floria. † Et bene etiã facit quod dicemus in tractatu, Le mort saisist le vif, in. 20. declaratione, qua docebimus, statutum quod transfert possessionem in hæredem, habere locum in quasi possessione rerum incorporalium, licet ea possessio sic translata sit aliarum omnium ciuilissima, & fictissima, vt ex eodem tractatu constabit, & iis quæ dicemus infra in. 32. ampli. nu. 1. & 2.

23 ¶ † Intelliges quarto, vt procedat in bonis futuris per ipsammet constituentem postea acquirendis: non etiam in iis quæ per ipsius hæredes acquirentur, etiam si id expresse dictum fuerit, quia scilicet quis obligauit bona sua & hæredum præsentia & futura, & se constituit ea posidere nomine creditoris. nam licet id constitutum ualeat, & habeat vim suam respectu bonorum futurorum ipsius, vt supra diximus, non tamen suorum hæredum: quia huiusmodi constitutum eorum respectu conferretur ad tempus quo esset mortuus, & quo ideo constituens non erat possessurus, per ea quæ late dicam infra in. 2. limi. Et hoc expresse voluit Matth. Affli. deci. Neapoli. 335. pro decisione, col. 4. versi. aut debitor obligauit.

XXXI. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum an operetur respectu usufructus rei sue. & numero. 2.*

3 *Constitutum an operetur usufructus respectu rei alienæ.*

1 AMPLIA TRIGESIMO PRIMO, † vt procedat nõ solum in translatione possesionis proprietatis, sed & vsufructus suæ rei: verbi gratia, cõcedo alicui vsumfructum mei fundi, & me constituo eius nomine posidere. Licet enim ea naturalis possesio, quæ debet esse penes vsufructuarium, nunquam fuerit apud me dominum fundi, vt per Bart. in. l. 1. in princ. in 5. q. prin. ff. de acqui. posses. tamen per huiusmodi constitutum transfertur naturalis possesio, quæ ante non erat, vt voluit idẽ Bar. in. l. quod meo, in prin. col. vlt. uersi. quid si alicui concedo vsumfructum, & ibi quoq; Alex. col. 5. uersic. subsequenter quærit, eo. titu. vbi hæc dicunt probari in. l. quisquis, ꝛ. l. si quis argentum. §. sed siquidem. C. de donati. prout eas inducit ipse Alex. Et idem quoq; tenuit idem Bar in. l. interdum. §. vl. per illum tex. & ibi quoq; Raph. Co. & Fran. Are. ff. de acqui. posses. Bald. in rub. extra de præscrip. col. 2. versi. sed pone vsufructuarius. Ant. in. c. cum venisset, col. 3. post versi. non obstat, & iterum in repe. c. vlt. col. 2. uer. sed est dubium, de cau. posses. & proprie Raph. Co. consi. 173. Galuanus, colũ. vlti. vbi loquitur de fructuario & emphyteuta. Carol. Rui. consil. 57. quo ad ea, col. 2. nu 4. lib. 1. & consi. 148. casus est, col. 2. num. 5. eod. lib. 1. Franc. Ripa. in. c. cum ecclesia Sutrina, col. 13. uersic. 4. oppo. de caus. posses. & proprie.

2 ¶ † Contrarium tamen e diametro tenent ipsi Alex. ꝛ Fran. Aret. sibi contrarii, ille in. d. l. interdum. §. vlti. col. quoq; vlti. hic in. d. l. quod meo, in prin. col. penul. moti multis magnisq; rationibus, quas apud eos videre poteris, ne hic iterum repetã. Sed & tu quoq; vide Claudium Aquensem, in. d. l. quod meo, col 2. ver. item quærit Bar. quid in eo. ff. de acqui. posses.

3 ¶ † Sed ut vides, hi loquuntur qñ ipse dñs ꝓprietarius donat alteri vsumfructũ rei suæ, ⁊ eo spectãt rõnes eorũ. Sed qđ si vsufructuarius alteri cõcedit suũ vsumfructũ aut, qa id facere non põt, cõmoditatẽ ipsius, qđ vtiq; facere põt. l. necessario. §. vlt. ff. de peri. ⁊ cõmo. rei vẽ. cõstituitq; idẽ vsufructuarius se possidere eũdẽ vsumfructũ aut cõmoditatẽ ipsius, siue ẽt rẽ vsufructuariam noĩe eius cui cedit, an per hmõi constitutũ transferatur possessio naturalis, q̃ ipse vsufructuari⁹ hẽt. Et trãsferri negat Gui. Pa. in statuto, si qs p literas, ĩ verbo, possessio, col. 3. ver. circa hoc q̃ro. Et ꝑ eius snĩa facit ꝙ ĩ iuribus inseparabilibus a pſona non cadit fictus titulus, nec ficta traditio. l. si vsusfructus. ff. de nouati. &c. §. fingitur, institu. de vsufr.

4 ¶ † Sed id nõ oĩo inseparabile est a pſona, cuius cõmoditas separari ⁊ cedi põt, vt supra diximus: nec video qd aliud impediat hanc naturalem vsufructuarii possessionem trãsferri per cõstitutũ, cũ id perpetuũ sit, vt fieri possit, p ea quæ supra dixim⁹ ĩ. 20. amp. vt ẽt aliaꝝ reꝝ ĩcorporaliũ, vt dicem⁹ ĩ seq. amp.

XXXII. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum an operetur in iuribus incorporalibus. & numero. 2. 3. 4. 5. & 6.*

2 *Cõstitutio loquẽs in possessiõe, locũ habet ĩ quasi possessiõe.*

3 *Constitutum transfert quasi possessionem iurisdictionis. & nume. 4. & 5.*

4 *Rusticorum se submittentium iurisdictioni alterius constitutum an in eum transferant quasi possessionem.*

5 *Et quid si ante nullius iurisdictioni erant subditi. & nu. 6.*

AMPLIA IGITVR ET TRIGESIMOSECVN-
1 DO, & generalius, † ut procedat in omnibus iuribus incorporalibus ut seruitutibus, iurisdictione, & aliis id genus: quorũ quasi possessio etiam per constitutum transfertur, ex sententia Inno. in c. in literis, col. ult. de rest. spol. Bar. in d l. quod meo, in prin. col. ult. uer. sed quid si cõcedo, & ibi quoq; Raph. Co. in fi. Alex. col. 6. uer. quærit Bar. sum dominus, & col. seq. uer. item dicit ꝙ qñ, & Fran. Are. qui id late disputat, col. pe. uersi,

3. nunquid. ff. de acqui. posses. Bal. in rub. extra de prescrip. col. 2. uersi. sed an si habeo. Ant. in. c. cum uenisset, col. ult. uer. hæc procedunt in rebus, de resti. spol. & in repe. ca. vlt col. 2. uersi. sed est dubium, de cau. posses. & proprie. Petr. Ancha. in. c. sine possessione, col. 24. quæ est in char. ult. in prin. uersi. quæro et utrum possit, de reg. iur. lib. 6. Raph. Co. con. 54. Leonardus, col. . Corne. con. 106. licet in hac, post prin. & iterũ paulo ante fi. ipsius con. uer. nec dictum capitulũ. Guid. Pap. in. d. statuto, si quis per literas, in uerbo, possessio, uer. an p cõstitutũ. Soc. cõ. 187. in cõtrouersia q̃ uertit, col. 5. uer. 3. probat, li. 2. Et id plane pbatur in. l. 2. §. ult. cũ. l. seq. & i. l. & habet. §. pcario. ff. de pre.

2 ¶ † Et bene facit q diximus supra in. 30. ampl. nu. 22. tũ ut dicã, q alias cõstitutio loquẽs de possessione, habet locũ in quasi possessione re incorporaliũ, ut uoluit gl. in. c. fine. possessiõe, ad fi. de re. iu. li. 6. & doc. ubiq. idq. et si sit penalis, q̃ alias stricte interpretãda est, ex snia gl. q̃ oes sequũtur in. l. si qs in tantã in uerb. re. C. uñ ui. trahẽtis eã. l. loquẽtẽ de possessione, ad quasi possessionẽ re icorporaliũ. Etiã si sit statutũ & ipsum qdem penale: quod ideo stricte quoq interpretandũ est: tũ q statutũ est, tũ q penale, ut uidere licet ex Bal. loquẽte de statuto puniẽte turbantẽ possessionẽ, in. c. licet cãm, in fi. de pb. p tex. in. l. nã & postea. §. itẽ si iurauero. ff. de iureiu. ubi Ias. col. ul. in. 5. no. id dicit multũ no. & Frã. Are. i ru. ff. de acq. pos. col. ul. uer. illud aũt & cõ. 30. uiso thema. col. aũpe. i. 4. du. & diximus et in nris. ll. cõnubialibus, in glo. 4. in uerbo, cõtracter, in. 2. q. nume. 115. nam & uidemus, & iterum nu. 122. q autem sup. & sequ.

3 ¶ † Sed hęc intellige, cũ p hmõi iuribus, q̃ quis in alios habet, cõstituit se ea possidere noie alterius: gratia si qs uẽdat iurisdictionẽ, q̃ in alios habet: aut seruitutẽ, q̃ habet i fundo alterius: & se ea cõstituit noie illius possidere, siue quasi possidere. tunc. n. trãsfert ea q̃si possessio q̃ in his rebus hẽbat. Sed si aliqd huiuscemodi ius i suo ipsius fundo cõstituat aut uẽdat, & id cõstituat possidere se noie cessionarii, nõ in eũ trãsfert quasi possessionẽ illius, q̃ añ nõ hẽbat: qa rei suę seruitus cõsistere nõ põt. Ita declarat Bar. i. d. l. qd meo, i 4. q. & ibi quoq Alex. col. 6. uer. q̃rit bat. sũ dñs, & co. se. uer. idẽ dicit. bal. i. d. ru. ex. de pf. ubi sup. ant, i. d. c. cũ uenisset. col. ul. de rest. sp. & i. d. c. ul. col. 2. uer. ex pdictis

infertur, de cauſ.poſſeſ.& proprie.& Fran.Ripa.in.d.c.cũ ecclesia Sutrina, col 13.ver.4.oppo.eo.ti.Et interim vide quę dicam infra in.1.limi.ver.ex quibus Philip.& ſeq.

4 ℭ †Sed hic quæri ſolet, ſi aliqui ruſtici ſe ſummittant alterius iuriſdictioni, & ſe id ius conſtituant poſsidere nomine eius, cui ſeſe ſummittunt, an transferant in eum id ius iuriſdictionis. Super quo Bar.(cum quo omnes tranſeunt) in.d.l.quod meo, colũ.vlti.uerſi.ſed ſi ruſtici, dicit, ꝙ ſi hi qui ita ſe ſummittunt & conſtituunt, ſunt ſubditi alterius iuriſdictioni, ꝙ̃ eius cui ita ſe ſummittunt & conſtituunt, non in eum transferunt quaſi poſſeſsionem iuriſdictionis. & ita plane fateor. Et idem plane ſenſit Inno.in.c.dilectus, extra de capel.mona.& in.c.olim inter, de reſti.ſpol.& facit.l.ſi coloni.C.de agric.& cenſit.lib.2.ꝛ huius aperta eſt ratio, quam affert Fran.Aret.in.d.l. quod meo, col.vlt.quia iſti ruſtici, ꝙ̃ ipſi poſſeſsionem non habent, in aliũ transferre non poſſunt.l.nemo plus iuris.ff.de reg.iur. maxime in præiudicium alterius.l.id quod noſtrum, eo.tit.

5 ℭ † Vides autem Bar.vbi ſupra, non aperire quid dicendum ſit, Si ruſtici nullius iuriſdictioni ſubſunt, an ſe ſubmittentes alteri, & ſe conſtituentes poſſidere nomine illius, in eum transferant quaſi poſſeſsionem iuriſdictionis in ipſos cõſtituentes. Niſi ſi quis dicat, id tacite voluiſſe, cum dicit, eos qui ſubſunt alterius iuriſdictioni, nihil agere, ſi ſe ſubmittant alteri, & ſe conſtituant pro eo poſsidere. Quaſi velit ſecus eſſe, ſi alterius iuriſdictioni prius non ſuberant. Quod ipſum aperte voluit Bald.ita intelligens Inno.i.dd.locis, in.l.2.col.8.uerſi.ſed quid ſi quis facit.C.de ſeruit.& aqua, & allegat not.in.l.ab emptione.ff.de pac.& in.d.l.quod meo.ff.de acqui.poſſeſ.tanꝗ̃ & ita intelligat illud Bar.quod ſupra citauimus ex.d.l.quod meo.

6 ℭ † Verum Franc.Aret.huic ſe opponit, in illa ipſa.l.col.vlti.verſi.circa tertiam quæſtionem, dicitq́ Baldum non id animaduertiſſe, quod dicit ipſe Bar.in.d.l.quod meo, ꝙ ſcilicet ꝑ ſolum conſtitutum, non accedente vſu, in iſtis iuribus incorporalibus non poteſt transferri poſſeſsio. Et quia cum apud ſubditos non eſt vſus iuriſdictionis, non poteſt dici, ꝙ ipſi vtendo poſſent quærere poſſeſsionem. Sed in caſu Bal.vt ſubdit Aret. præſupponitur, quod illa communitas erat in quaſi poſſeſsione

iurisdictionis. Vnde ex quo per constitutum solum quasi possessio non fuit translata, remásit apud eos. Et sic videtur, quod possint vti iurisdictione nomine eius, quẽ recognouerant. Sed cõtra id, inquit, facit, quia volendo transferre quasi possessionem in alium, licet non potuerint, perderint tamen suam, per text. in eadem. l. §. 1. Sed ad hoc dicit posse respõderi, quod si quasi possessio vacabat, isti vtendo iurisdictione nomine eius, pro quo constituerant, acquisiuere possessionem illi, scienti quidem & acceptanti. l. qui vniuersas. §. quod per colonum. ff. eo. tit. & tangit Bar. in. d. l. quod meo, in vlti. q. & tandem declarat, an & quando populus liber possit se alteri subiicere, & concedere iurisdictionem in se, vt ibi videbis. neque enim id ad hunc locum pertinet.

XXXIIII. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum rerum spiritualium transfert possessionem. & nu. 2. Et quid si constitutarius horum sit incapax, numero. 3. & 4.*

4 *Filiatio praescribi non potest.*

1 AMPLIA TRIGESIMOTERTIO, † vt non solũ per constitutum transferatur possessio rerum temporaliũ, sed etiã spiritualium, in quibus cadit possessio siue quasi possessio: verbi gratia, sacerdotiorum, quae nos vulgo beneficia appellamus decimarum, & aliarum hmõi rerum. Ita enim voluit Ant. in c. cum venisset, col. vlt. uer. hęc procedunt, de resti. spo. & in repe. c. vl. col. 11. ver. 2. per hoc deciditur, de causa posses. & proprie. vbi & idem dicit de iure patronatus ecclesiae, & de iure eligendi, & similibus. Sed id quod dictum est de beneficiis, intelligit ipse Ant. si superioris authoritas interuenerit, per not. in. c. quaesitum, de rer. permuta.

2 ¶ † Et hoc quoque, vt. s. ipsorum beneficiorum transeat posses-

sio per constitutum, voluit Ludo. Gomes. in cōmentariis regularum Cancellariæ in.24. regula Inno.8.col.1. Et bene facit quod scribit Panor. in c. cū Bertoldus, col.2. in.2. no. de sen. & re iudi. q si institutio beneficii fit in præsentia ipsius beneficii, transfertur possessio sine alia reali traditione. Hic enim, vt sæpe alias diximus in hoc tractatu, ponitur inter modos fictos tradendæ possessionis, vt cōstitutum. Illud autem minime dubium est, id procedere in rebus ecclesiæ, vt non obscure probatur in.d.c.cum venisset, & ibi omnes doc. & diximus supra in 22. ampliatio.

3 ¶ † Sed hoc tamen, quod diximus in hac ampliatione, intellige procedere, modo is, cui fit id constitutū, sit capax eius possessionis, vel quasi possessionis, q̃ in illum transferre volumus. Quid enim si clericus constituat se possidere beneficiū siue decimas nomine laici, transferet ne possessionem in eū? Et certe nō trāsferet, cū is sit icapax hmōi iuriū, vt expresse dicit Ant. in.d.rep.d.c.vlt.col.11.ver.idē in existēte, de cau. pos. & ꝓpriet.

4 ¶ † Et id quidem generale est in omnibus cæteris rebus, quæ ab aliis possideri nō possunt, iure, aut natura repugnāte. Quid enim si pater constituat se possidere ius paternitatis siue filiationis, aut maritus ius naturale in aliū? nunquid eos constituet in possessione iuris paterni aut maritalis? Et non constituere tradit ipse Antonius vbi supra. Ex quo ēt fit, vt cum sine possessione præscribi nō possit.l.1.§.per seruū qui in fuga.ff.de acquir. pos. & c.sine possessione, de reg.iu.li.6.cum si. Ideo nec filiatio præscribi potest, Bal.in.l.1.C.quan.non peten.partes, & diximus in trac. Primigeniorum in.30.q.nu.9. Et de hoc quoq; dicam infra in.18.limita.

XXXIIII. AMPLIATIO.

SVMMARIVM.

1 *Feudi possessio per constitutum transfertur. & nu.3.*

2 *Per vsusfructus retentionē in feudis transfertur possessio.*

1 AMPLIA IGITVR TRIGESIMOTERTIO, † vt

non solum liberarum rerum siue allodialium, quas vocat, sed & feudalium transeat possessio per constitutũ, vt satis intelligere videtur Bal. loquens in materia feudali, in. c. 1. col. 2. ver. inuestitura aũt, tit. quid sit inuest. & expresse Raph. Co. consi. 173. Galuanus, col. vlt. Matth. Afflic. in. c. si facta, col. 2. ver. itẽ quæro princeps, tit. si de feu. fuer. contro. inter do. & agna. & alii multi a me citati infra in. 26. limit. vbi tracto, an vasallus cadat feudo, tradendo per constitutũ, ac si ipse vere tradidisset.

2 ¶ Et facit quod in nõ lõge dissimili tradit idem ipse Matt. Afflic. in. d. c. 1. col. 2. ver. sed vlterius sciendum est, tit. quid sit inuesti. ꝙ in feudis transfertur possessio per retentionẽ vsusfructus, quæ vt alibi dicam. s. in. 9. limi. nu. 12. imo vero, est veluti quoddam genus constituti, poniturq; inter fictos modos tradẽdæ possessionis, a Legi. in. l. 3. in prin. ff. de acquir. posses. & Cano. in. c. 2. de consuet. Et idem dicit ipse Matt. in. c. 1. in. 13. nota. col. 6. nu. 56. uer. an autem. l. quisquis, titu. de prohi. feu. ali. per Fede. reprehendens Andr. Iser. qui videbatur voluisse contrarium in. c. 1. tit. qui success. tene.

3 ¶ † Licet quantum ad ipsum constitutum, de quo principaliter tractamus, contrarium eius, quod diximus, voluit idẽ Mat. Afflic. sibi e diametro contrarius eodem loco, quod magis mirum est, videlicet in. d. c. 1. col. 3. uersi. sed an precarium, & rursum uersi. posset tamen saluari, tit. quid sit inuesti. & iterum in c. 1. col. 21. nu. 124. ver. item fallit in feudis, ti. de feu. da. in vic. leg. commis. Et idem similiter voluit Chasse. consi. 7. visis themate, col. 7. ver. ad hoc est clara responsio. & con. 8. super duobus, col. 8. nume. 36. Et ab hac parte sunt plurimi, quos tibi citabimus infra, in illa. 26. lim. nu. 2. si ergo. Et vide etiam quę dicam in. 3. parte in. 3. limi.

TERTIA PARS.

PRIMA LIMITATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum non transfert possessionem nisi constituens possideat.*

2 *Precarium transfert ueram an propriam possessionem.*

3 *Tradere quis non potest q. non licet.*

4 *Vsufructus retentio non transfert possessionem nisi retinens possideat. & nu. 7.*

5 *Clauium traditio transfert possessionem, si tradens claues possideat.*

6 *Conspectus rei uenditæ transfert possessionẽ ipsius si uendens eam possideat, alias secus.*

8 *Constitutum allegans & probans subcumbit nisi alleget & probet possessionẽ cõstituentis tẽpore non constituti.*

9 *Donans potest ante traditionem alteri obligare & extinguere donationem recipiendo solutionem.*

10 *Constitutio loquens in possessionem, an habeat locum in quasi possessione.*

Libellus concludens ad possessionem rerum incorporalium non uitiatur.

11 *Constituens si non possidet, sed detinet, an alteri quærat possessionem.*

12 *Quid si constituens id constitutum fecerit consentiente domino possidente.*

13 *Quid si constituens postea nanciscatur possessionem. & nu. 14. usq; ad nu. 17.*

18 *An hæc procedant in antiquis. & nu. 19.*

20 *An quantum ad constituentem.*

21 *Solutio pensionis non probat possessionem contra tertiũ; sed probat contra soluentem nu. 22.*

23 *Constitutum factum a non possidente non præiudicat tertio nisi tertius causam habeat posteriorem ab ipso constituente & nu. 24.*

25 *Dominium transfertur ex traditione per constitutum factum a non possidente.*

26 *Quid cum constitutũ solũ detinet, sed nemo alius possidet.*

HACTENVS ampliationes, quas nostri appellant, posuimus nunc ad limitationes, quas & ipsi vocant, accedamus, quibus peractis tottm hunc tractatum absoluemns. LIMITA IGITVR
1 PRIMO nostram regulam, † qua diximus hoc nostrum constitutum transferre possessionem, vt procedat, quando cõstituens tempore ipsius constituti possidet rem, de qua agitur. Quod si non possidet, eius possessionem nõ transfert, per tex. qui ad hoc solet allegari, in. l. quamuis. §. 1. & ibi glo. in fi. Ange. Roma. Raph. Co. Alex. Fran. Are. & Claudius Aquen. & omnes fere doctores. ff. de acqui. posses. vbi ipse Alex. dicit ad hoc facere textum in. l. traditio. ff. de acqui. rer. domi. vbi traditio eius rei, quam non possidemus, à nobis fieri non potest. Ex quo intelligis, & id procedere etiam in vera traditione, & in c. olim, le. 3. secundum intellectum Doc. de resti. spolia. Et in id quoq; allegatur a nostris. l. vlt. §. 1. ff. SC. Velleia.

2 ¶ † Et hoc alii prope infiniti præter illos voluerunt, videlicet glo. in. l. secunda, in uerbo, tradita. & ibi quoq; Baldus, & Angelus ad finem. C. de aqui. posses. Oldrad. consi. 114. factum tale est, quædam mulier. Alberi. in rub. C. de dona. colum. 1. ver sic. quid si faciens. Pet. Iacob. titul. de condicti. ex lege quę prorę dona. compet. col. 5. ver. si aũt quis Bar. in. l. quędã mulier,

& ibi quoque Baldus in utraque lectur. & Angelus, columna prima uersiculo attende tamen. ff. de rei uendica. idem Bartol. in l. quod meo, in principio columna ultima, uersiculo sed iuxta prædicta, & ibi etiam Alberic. in principio, Alexander, columna sexta, uersiculo an autem intelligatur, & Claud. aquensem, columna ultima. ff. de acquirenda possessione, ipse Bartolus consilio. 206. inter procuratorem, paulo ante finem, Bald. & Salycetus, in. l. prima. C. quando liceat, ab emption. discede. idem Baldus, in. l. siue autem. §. primo. ff. de public. in rem actio. & in rubrica. C. de contrahend. emptio. in sexta quæstione. & in. l. prima. §. in societate. ff. pro socio. & in. §. per traditionem, in fine, Institu. de rerum diui. & consilio. 325. dubitatur primo, columna prima, libro primo, & consil. ducentesimooctuagesimoquinto, casus coram reuerendo, ante fin. libr. secundo, & consilio centesimosexagesimosexto a libello, uersicu. sed hic est aduertendum, libro quarto. Signo. consilio septuagesimoquinto, in quæstione uertente inter nobilem uirum, columna tertia in. 2. locis. Salyce. in l. prima. C. de rescindend. uendit. Angelus consilio centesimosexagesimoseptimo, uiso dicto libello, in fin. & consilio. 305. in quæstione uertente inter Antonium, columna prima uersiculo item non obstat, & consilio. 387. consultatio, columna prima, Petr. Anchara. & Imola. in capitulo ultimo, de precar. idem Anchar. consilio centesimotrigesimotertio, satis inaduertenter, post medium. Antonius in capitulo secundo, columna tertia uersiculo, aduerte Canonista, & Imola columna secunda, in fine uersiculo, in ea gloss. ibi vult possidere, de consuetudi. idem Antonius in capitulo cum venisset, columna tertia versiculo, quandoque vltra titulum, & ibi idem Imola, columna prima versiculo quid autem si in instrumento, de restitutio. spoliato. & idem Antonius, in repetitio capitulo vltimo, columna vndecima, versiculo sed est dubium, de caus. possession. & propriet. Alexander, consilio decimo, viso processu, post princip. libro quarto, Angel. Aretin. in. §. hoc amplius, columna prima, in fine. Institu. quibus modis tollen. oblig. & in. §. actionum, in materia emptionis & venditionis, versiculo

quæro an in obligatione,institut. de action. Neapoda. super consue. ciuitatis Neapolitanæ, titu. de emption. & vendition. in prima consuet. in verbo, tradita visa columna quarta Francisc. Aretin. in. l. interdum, in principio columna vltima. ff. de acquiren. possesio. Corne. consilio quinto viso processu, columna sexta uersiculo tamen hoc non obst. libro. 2. & consilio. 17. viso primo themate, columna penultima, versiculo & licet in ecclesia, eod. libro secundo. & consilio quinquagesimo tertio in hac causa, columna secunda, versiculo tamen ad hæc, eod. libro secundo. & consilio decimoseptimo, multa essent, in principio eod. libro secundo, & consilio octuagesimonono viso suprascripto, columna quinta versiculo sexto videtur, libro terttio. & consilio centesimosexagesimoquinto profecto, columna prima in fin. eod. libro tertio. & consilio centesimo octuagesimotertio licet discussa sit, columna tertia, versiculo non obstat si dicatur, eod. libro tertio. & consilio ducentesimo nonagesimoseptimo, in consiliis, columna secunda, versiculo verum tamen est, eod. libro tertio. & consilio quadragesimo, viso processu, columna secunda versiculo ponderato, lib. quarto, & consilio. 110. licet prohibens, columna secunda. versi. his tamen non obstantibus, libro quarto, Vital. Camba. in tracta. Clausularum, char. vigesimaprima in clausula cōstituit se precario, &c. columna secunda ver. illud quod dicitur. Petr. Ferrar. in tit. for. positi. actoris, in verbo, item quod præscriptus, columna secunda, versiculo quid autem si in instrumento. Barba. in capitulo secundo. columna vigesimasecunda versicu. sed pro certo, & iterum columna antepe. versicu. no. extra quod si constituo, de consuetu. & in capitulo vltimo colum. pen. de prec. & consilio quadragesimoprimo illud afferam, columna quarta versiculo. & si quispiam opponat, lib. primo vbi dicit ad hoc singul. d. glo. in. d. l. 2. C. de acquiren. possess. Matthesa. nota. 67. nota ꝙ venditor, & iterum nota. 171. nota vnam doctrinam. Guid. Pap. in statut. Delphi. incip. si quis per literas, in verbo, possessio, col. 2. versi. & vltra istum, vbi & idem dicit de retentione ususfructus, rursumq; in decision. Delphi. 356. quos & quot, in prin. Lanfranc. Oria. in repe. c. quoniam con-

tra falsam, in materia testium, quo loco de probatione possessionis differit, extra, vt lite nō contest. vbi dicit sing. ad hoc gl. in.d.l.quamuis.§.1.Io.Berberi. in suo viatorio iuris, tit. de donati. inter virum & vxo. versi. sed quæritur nunc donatio. Soci. consi. 79. licet pendeat iudicium, col vlt. ad fi. lib. 3. Ludoui. Bolo. consi. 72. Bononiensis, col. 2. uer. ex alio etiam capite Iaso. in. l. ab emptione, col. antepe. uersi. 2. limita, & ibi Iacob. a S. Georg. col. 3. uer. prædicta intelligatis, de pactis. ⁊ idem Ias. in. l. 1. col. pen. uer. & licet do. ff. de acqu. pos. in. 2. lect. & in. l. 3. §. in amittenda, col. 3. uer. ego ibi tetigi. ff. de eo. titu. in vtraq; lec. & in. l. quoties, col. 4. uersi. limitat tamen. C. de rei uendicat. & consi. 148. uiso processu causæ uertentis, col. 2. uer. item non est probatum, lib. 4. Caro. Rui. consi. 127. visa facti narratione, col. 4. uer. nec obstat ꝙ hæc, lib. 5. Philip. Dec. in. l. cōtractus, col. 7. ver. 1. quando possesio. ff. de reg. iur. & consi. 251. in causa magnificæ dominę Claudię, col. 3. uer. 3. principaliter, & consi. 281. viso puncto, col. 2. uer. & ista conclusio. Stepha. Bertran. consi. 12. inspecto processu, nu. 16. lib. 1. & consilio. 30. lecto, numero. 7. & 10. & sequen. eod. lib. 1. & con. 34. ex quæsitis, in. 8. dubio, eo. lib. 1. & consi. seq. visis, numero. 10. eo. lib. 1. & consi. 286. ex venditione, eod. lib. 1. & consilio. 302. de liberando, eod. lib. 1. & consilio. 347. duabus numero. 9. eod. libro. 1. & consilio. 174. ex progressu, post princip. lib. 2. & consil. 188. Christi, &c. viso casu, in. 1. dubio, eod. lib. 2. & consilio. 245. ponitur in facto, ad fin. eodem lib. 2. & consil. 300. nobilis, columna. 1. eo. lib. 2. & consi. 85. etiam si allegationes, col. 1. li. 3. & consi. 185. quamuis donatio, nu. 5. & 6. eo. lib. 3. & consil. 238. contra donationem, nume. secundo, eo. lib. 3. & consil. 323. etiam si libellus, nu. 2. eod. lib. 3. ⁊ con. 76. dudum, colum. 2. lib. 4. & consilio. 130. vidi instrumentum, col. 1. eod. lib. 4. Matth. Afflic. Dec. Neapo. 37. quædam Altruda, columna. 3. & deci. 40. casus est iste, colum. 3. versic. item cum probatur, & decisi. 335. pro decisione, col. 2. uersi. sed in contrariam partem. Hiero. Gratus consilio. 117. videtur prima facie, col. 2. versic. quarto rñdeo, libr. 1. & con. 42. licet primus, col. 1. & alii quos citabimus infra in. 3. ab hinc ver. & Marc. Mant. cō. 256. viso p. ces

dfu,col.2.nu.16.& oẽs vbiq;. nemo.n.vn⁹ huic ſniæ cõtradicit.

3 ¶ † Cuius ſententiæ optima certe ratio eſt, quam iam vides ex eo,quod diximus nume.1.Nam qui poteſt conſtituens qui non poſsidet,ſuo conſtituto in alterum transferre poſſeſsionẽ, quam non habet? d.l.traditio.ff.de acquir.rer.dom.&.l.nemo plus iuris.ff.de regu.iuris,&.c.Daibertum.147.cum aliis con cord.adductis a glo.& Philipp.Decio in.d.l.nemo. Quod ex Platone eſt in ſuo Sympoſeo,vt alibi ſæpe diximus. Et cum is vere tradere non poſsit quod nõ habet, nec ficte quoq; poteſt. l.ſi filiusfa.&.l.ſi ſocius.ff.ſi cer.pet.&.l.2.&.3.ff.pro ſoc.quas in id.expendit Bal.d.con.166.lib.4.

4 ¶ † Et ita etiam propterea id obtinet non tantum in conſtituto,ſed & in cæteris quoq; fictis modis poſſeſsionis transferẽ dæ,vt in retentione vſusfructus: Nam & hic ponitur inter alios modos a glo.& docto.in.l.3.in prin.ff.de acqui. poſſeſ.per l.quiſquis.C.de donati.& ſæpe alias ſupra diximus. Per hanc igitur vſusfructus retentionẽ tũ demum tran ſfertur.poſſeſsio, ſi retinens poſsideat,non alias:vt expreſſe ex facto contingen ti rñdit Cor.d.cõſi.110.vt ſupra li.4.& Steph.Bertrã.cõ.276. viſo caſu mihi exhibito,col.2.ver.nec opponat aliquis lib.1.

5 ¶ † Et idem quoq; in traditione clauiũ,quæ & ipſa quoq; ponitur inter illos modos,per.l.clauibus.ff de contrah.empt.Vt ſcilicet tum tranſeat poſſeſsio,ſi eas tradens poſsideat:non ſi aliter poſsideat,vt voluit Old.conſi.209.in cauſa hoſpitalis,in.1. dubio,& Alberi.in.l.1.§.ſi iuſſerim,ad fin.ff.de acqu.poſſeſ.D. a Rot.deci.168.in nouis prout eos allegat & ſequitur Soc.in conſi.131.in præſenti conſultatione,col.3.ver. nec me moueat, lib.1.& Lanfran.de Ariadno. in tracta. de depoſitionibus teſtium,char.antepe.ver.conſequenter eſt videndũ,ſub nu.126. & Franc.Ripa,in.l.1.in princip.colũ.15. verſiculo, ſtat igitur prima.ff.de acqui.poſſeſ.Et bene facit,quod ſcribit ipſe Soci. ibi,col.7.verſiculo,ſecundo aduerte,& ſeq.

6 ¶ † Similiter cum rei,quæ in conſpecto ipſius venditur cenſeatur translata poſſeſsio.d.l.1.§.ſi iuſſerim,de acqui.poſſeſ.& diximus ſupra in.3.amplia.nu.2.& id quidem.Et hic quoque ponitur inter fictos modos tradendæ poſſeſsionis per gloſ.& doct.in.d.l.3.in princ.ff.eod.titu.Id quoq; tum demũ tran ſfert

possessionem, si res possideatur a vẽditore, alias secus: vt probat tex. in. d. l. 3. §. Neratius, & ibi Bar. ff. de acquir. possess. Et ita nuncupatim voluit Roma. in. l. certi condictio. §. deposui, col. 1. versic. aliquando volo possessionem, & ibi quoq; Franc. Are. col. 2. versi. in contrarium tamẽ facit. ff. si cert. peta. Idq; dicit ipse Are. paulo post procedere in omni ficta traditione per tex. singu. in. l. si fundum. ff. de fundo dota. & no. per Bar. Bald. & alios in. l. cum res. C. de probati. Et id quoque dicit affirmasse Anto. in. c. cum ad sedem, de resti. spolia.

7 ¶ †Et certe id generale est & perpetuum, vt etiam diximus supra in hac eadem limitatione nu. 4. & ita etiam, vt per hosce actus, & quoscunque alios fictos non trãsferatur possessio, si ea sit ab alio occupata, vt expresse voluit Alex. con. 82. visa facti narratione, col. 1. versic. quia respondeo, ꝙ statutum, li. 2. quem sequitur Fran. Curti. Iunior con. 110. pro habenda, col. 8. versi. retento igitur, lib. 2. & Fran. Ripa. in. d. l. 1. in prin. col. 16. versic. contra Bar. in si. eiusdem versicu. ff. de acqui. possess. Omnium enim, quantum ad id pertinet, est vna eademque ratio, quam diximus supra num. 3. cuius sententiæ. Et bene faciũt, quæ scribã in tractatu. Le mort saisist le uif, in. 7. declaratione.

8 ¶ †Ideoq; vt redeamus ad institutum, is qui allegat rem sibi quæsitam ex constituto, succumbit nisi & ipse alleget & probet, eum qui constituit possedisse tempore constituti. Et idẽ de retentione vsusfructus & cęteris his modis dicere poteris. Sed de constituto expresse voluit Bald. in. d. l. siue autem. §. 1. ff. de publici. in rem actio. per capitulo inter dilectos, in fine de fide instru. Angel. qui id dicit menti tenendum, Imo. Alexan. & Fran. Are. in d. l. quamuis. §. 1. de acqui. possess. ubi ipse Ange. dicit, ita se obtinuisse. idem Ange. in. d. l. quædã mulier, vbi supra de rei vendicat. & in. d. l. 2. C. de acquir. possess. & . d. cõsi. 305. Pet. Ancha. d. con. 133. Corn. d. consi. 53. li. 2. & . d. con. 292. lib. 3. Alex. in. l. quod meo, col. 6. uersicu. sit ergo cautus, de acquir. possess. & . d. con. 10. lib. 4. & præterea consi. 108. viso processu causæ principalis, col. 3. uer. nec etiam puto, eo. lib. 3. Mat thesa. dicto notab. 171. Lauren. Calca. con. 29. magnificus, col. 7. uer. præterea quando Francis. Are. in. l. interdum, ad fi. princip. ff. de acquiren. possess. Angel. Aret. in. d. §. actionum, colũ.

5.uersicu.hinc sumpta.Vital.Camba.ubi supra.Barba. consi. 62.illud afferam,col.6.uersicu.nec obstat cum dicitur, libr.3. Carol.Ruin.consi.143.uisis col.3.uersicu.nec obstat constitutum,lib.1.& consi.46.visa facti seriæ,col.2.num. 5.lib. 4. & con.54.viso processu,col.1.eo.lib.4. & consi. 75. quantum, col.4.num.6.li.5.Matth. Afflict.d.deci.40.vbi supra. Philip. Deci.con.247.in causa magnifici,col.2.versi.non obstat quod supra dictum est,& consi.400.eleganti consilio col. pen. ver. primo ꝙ habeo. Franc.Balb.in repe.l. Celsus,col.29. versi. addo circa prædicta ff.de vsucap.Steph. Bertran.d.con.12.lib.1. &.d.con.30.eodem.li.1.& d.consi.302.eo.lib.1.&.d.con.347. nu.eo.li.1 & præterea consi.163 si libellus,num.12.lib.2.&.d. consil.185.lib.3.&.d.con.323.eo.lib.3.Franc.Ripa.in rub.ff.de interdict.col.3.versi.& hæc est ratio. & Hiero. Gratus con. 69 cum sermones, col.1.ver.12.secundo considerandum, li.1. & con.94.in causa excellentissimi,col.3.versic. tertio respondeo,eod. libro primo & consilio.117.uidetur, col.2.uersiculo quarto lib.1.& Ludoui.Gozad.con.64.in casu proposito,col. 2.versi.octauo non sufficit.

9 ¶ † Ex quibus Philip.Deci.d.consi.251.col.3. versi.3.principaliter,dicit vnum, quod mihi mirandum uisum est, & a nullo alio,quod sciam dictum. Quod si quis actioné siue nomen donet, & constituat possidere nomine donatarii, & postea idipsum alteri donet, hic priori pręfertur. Nam donans, inquit, potest ante traditionem alteri obligare.l. vl.§. Lucius.ff. de dona.& no.Bar.& Ioan. Plate.in.d.l.1.post glo.ibi,in uerbo,perfectam.C.de rei vendi.Et cum nomen donatum est,potest donans extinguere donationem, recipiendo solutionem, non obstante prima donatione.l.nomen.C.quæ res pigno.ob lig.pos.Nec dici potest, vt subdit, ꝙ vi constituti fuerit translata possessio quia constitutum non operatur, nisi cum donans possidet. At donans non possidet nomen vel actionem, quia huiuscemodi iura incorporalia non possidentur.l.seruus §.incorporalis.ff.de acqu.rei domi.&.§.incorporales, instit. de reb.corpo.& incorp.vbi eiuscemodi res traditionem non recipiunt.Et nuncupatim de nominibus debitorũ voluit Alexand.consi.17.requisitus,col.2.lib.1.

10 ¶ † Hæc Decius, cui nescio an cæteri accedent. Ego vero omnino assentiri non possum: quia licet hæc res vere non possideantur, tamen hauddubie quasi possidentur: vt etiam dicit glos. in d. l. seruus. §. 1. quæ ad hoc multa iura affert; & nemo contradicit. Ita vt etiam iura loquētia de possessione habeant locum in quasi possessione horum iurium incorporalium. c. præsentium, de testib. lib. 6. vbi etiam glo. in verbo, possessione, exponit id verbum, id est, quasi possessione, quia de incorporalibus agebatur, Et ibi quoque Archi. Ioan. And. Domi. et Philip. Franc. qui ex hoc not. non vitiari libellum in incorporalibus concludentem ad restitutionem possessionis. Et probatur ex eo tex. spoliationē cadere in rebus incorporalibus, atq; in eis competere possessorium: vt etiam probatur in. c. cum ecclesia, & ibi Io. And. de caus. possess. & propriet. &, c. olim, le. 3. de resti. spoli. &. c. redintegranda. 3. q. 1. Et quia etiam videmus in nominibus debitorum censeri rem traditam per cessionem, vt no. per glo. n. l. vlt. C. quando fisc. vel priua. & Bar. in. l. ad eum. ff. de dona. & in. l. Scia, in fi. ff. de donat. cau. mort. & in. l. 1. col. pe. ver. quæro quæ sit differentia. C. de actio. & oblig. cum aliis multis concor. a me traditis in tractatu Retractuum, lib. 1. §. 1. in gl. in verbo, & autres choses, num. 12. hinc. quoq; fit & rursum in. §. 6. gl. 1. num. 9. nec obstat ꝙ primo. Ideoq; & nos supra in. 32. ampliatione late docuimus in huiusmodi incorporalibus transferri quasi possessionem.

11 ¶ † Hanc autē primam limitationem, qua diximus per constitutum non transferri possessionem nisi constituens tunc possideat: amplia multis modis. Primo vt procedat, etiam si ipse constituens, qui non possidet, rem tamen detineat: neque enim is transfert possessionem per ipsius cōstitutum: vt expresse uoluit Bar. in. d. l. quod meo, in princ. col. vlti. versi. sed iuxta prædicta, & ibi quoq; Alex. col. vl. versi. vtrum sicut per constitutū. ff. de acqui. possess. & Bald. in. d. rub. C. de cōtrah. empti. & vendi. in. 16. quæsti. Ant. in. c. cū venisset, col. pe. versi. si non possidet, de rest. spoli. Ias. in. l. 1. in prin. col. 18. ver. quærit Bar. an detentatio, vbi id dicit no. & iterum col. pen. versic. & licet do. ff. de acq. possess. Phil. Deci. d. con. 400. quo loco supra citauimus. Vide tamen quæ dicā in 4. declarat. huius limitationis.

12 ℂ†Secundo modo amplia hanc limitationem, vt procedat etiā si non possidens, qui se constituit alterius nomine possidere, id faciat cōsentiente domino possidente. neq; enim id ita faciens transfert possessionem, cum id suo nomine faciat, non autem nomine possidentis, vt not. per multa consuluit Corne. d. con. 5. li. 2. & iterū. d. con. 183. li. 3. † Alibi autē abunde probauimus, aliud esse aliquid facere, aliud faciēti cōsentire, ī nr̄o tract. Retract. ti. 2. in. fi. in. 5. q. Quid aūt, si noīe ipsius possidētis id faceret dicemus infra in. 13. lim. ꝛ tu quoq; interim vide q̄ ibi dicā nu. 11. sed ꝛ hæc, & seq. & in. 14. lim. nu. 2. sed hoc. v. modis.

13 ℂ†Tertio amplia, vt etiam si constituens, qui non possidebat tempore constituti, postea nanciscatur possessionem, ea non propterea transferretur vi illius præcedentis constituti: vt non obscure sentiunt Ang. & recētiores in. d. l. quanuis. §. 1. de acq. possess. & omnes, quos supra citauimus in prin. huius limitationis, & iterū versi. ab hinc. 5. & expresse & veluti verbis cōceptis Bal. in. d. l. 1. col. 1. & ibi quoq; Sal. col. vlt. C. quand. liceat ab empti. discedere. & idem Bald. d. con. 164. col. 2. ver. sed hic est aduertendum, lib. 4. Massuer. titu. de possesso. §. item si non dominus, per not. in. l. tutor. §. si quis. ff. de suspect. tuto. Ang. Are. in. d. §. vlt. col. 1. in fine, Inst. quib. mod. tolli. oblig. Franc. Are. in. d. l. interdū, in prin. col. vlt. ver. scias, ꝙ per cōstitutum. ff. de acq. possess. & in. d. l. quanuis. §. col. 2. versi. primus est, ibi, secūdo potest, eod. tit. & ibi quoq; Claud. Aquen. col. 1. & iterū. 2. vbi & hoc quoq; intelligit: etiam si in tali constituto esset clausula, ex nunc pro vt & tunc, & ecōtrario. & Matth. Affl. d. deci. 335. nu. 4. Et ad hoc citat Bal. vbi supra, glo. quæ & hoc sentit etiā in vera traditione, in. l. si a Titio, ī gl. vl. ff. de rei vēd. quā & ad hoc expēdit, & dicit sing. Frā. Aret. in. d. l. q̄uis. §. 1.

14 ℂ†Verū huius cōtrariū tenet, aliud tamē agēs, Bal. con. 267. in causa petri. ver. ꝑterea glo. dicit li. 3. Cor. idipsū de industria, & ex cōposito tractās, con. 280. visis quibusdā, col. 4. versi. nec etiā obstat si quis, li. 3. vbi tamē nullū aliū citat pro sua illa sentētia, nec cōtra illā: sed id tātū pro ea dicit, ꝙ licet cōstituēs non possideret tēpore cōstituti, habebat tamē animū precario possidēdi: qui quidē animus nō præsumitur mutatus tunc, cū postea quærit possessionē, sed eūdē habere ꝑsumitur. l. cū qui. ff. de

probati. Hæc ille.

15 ℭ † Cui & tu adde, quod is qui tradit titulum, ex eo ꝙ nunc vellet transferre possessionem, si esset penes eum, præsumitur etiam velle, quod a quocunq; postea emens, ab eo acquirat possessionem, de voluntate sua acquiratur, quasi ipse eam tradiderit. l. eius rei, cum. l. seq. & ibi per Barto. ff. de rei vendica. Eadem etiam ratione hic videtur dicendum, vbi quia constituens transferret possessionem tempore constituti, si eam haberet: ideo videtur perseuerare in ea voluntate respectu possessionis postea superuenientis: quia sola voluntas, quę durat, per quam quis vult acquirere alteri, transfert nouam possessionē per constitutum præcedens, vt satis ample docuimus supra in 30. amplia. ver. 12. porro si priorē, &. 5 seq. vbi videre poteris.

1 LIMITA SEPTIMO, † vt non solum debeat inesse causa vel titulus, vt constitutum vel precarium valeat, sed & necesse sit eam causam siue titulum esse iustum, vtilem, validum, & efficacem. Alias si titulus ipse sit nullus siue inualidus, non transfertur possessio per constitutũ in eo appositum, sed in id necessaria est realis traditio. quod & non obscure voluisse videtur glos. allegata in præce. limi. in. d. l. quod meo, addens ad text. qui dicit possidere, ex iusta causa. ff. de acquirend. possessio. Alberi. in. l. si rem aliquam, colum. 1. versicul. ad contraria dic. eod. titu. & alii prope infiniti, quos tibi citabimus infra hac eadem limit. num. 13. ex quibus illud, &. 3. seque. Vti etiam nec per retentionem vsusfructus, qui & alius est fictus modus tradendæ possessionis (vt sæpe diximus) non transferri possessionem ex contractu inutili, magna authoritate affirmat Maria. Soci. consi. 65. omnipotens deus, colum. antepenulti. versi. & ideo licet ex forma. Tamen vt id tibi planius efficiam, visum est nobis declarandum interpretandumq; illum. §. si vir vxori, qui est in. l. 1. ff. de acquirenda posses. qui huius rei propria ac peculiaris sedes est.

2 ℭ † Ibi igitur scriptum est, ex donatione inter virum & vxorem transferri possessionem, ex quo nostri interpretes illud assumunt, ex inutili contractu possessionem transferri: nam satis constat huiusmodi donationes nullas esse in ipso iure. l. 3. §. sciendum. ff. de don. inter vir. & vxo. ita vt nec ex illis obligatio naturalis oriatur, secundum Barto. in. l. cum lex. ff. de fideius. Bal. in. l. 1. colũ. 10. ver. viso de effectu. C. de sum. trini. Alexand. consi. 248 ponderatis narratis, col. 3. ver. & licet, lib. 6. cum simi. Ex quo sequitur id quod iam diximus, ex nullo siue inutili contractu, cuiusmodi hæc donatio est, trãsferri possessionem. Idq; duabus rationibus in eo tex. positis, quarum ea prior est, quia possessio in facto consistit, & res facti infirmari iure ciuili non potest. id est, quæ facta sunt secũdum veritatem, lex infecta facere non potest, vt etiam est text. in. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & postli. reuer.

3 ℭ † Et ideo ex illo tex.in.d.§.si vir vxori, dicit Bald.in capi. vlt.col.2.versi.sed nunquid consuetudo extra de consuet.ꝙ facta, nulla iuris constitutione mutari possunt. Et alibi.s.in.c.cũ in ecclesiarum, colũ.3.versi.sed nunquid statutum, de constitu. dicit ꝙ factum nulla constitutione tolli potest, etiam per.d. §.si vir vxori, & .l.sciendum, cum.l.sequ.ff.ex quib.cau.maio. &.l.tutelas.ff.de cap. dimi. &.l.filio.ff.de libe.& posthu. Sed & idem Bald.in.c.contingit, col.2.versi.dicunt doc.de dol. & contu.tradit nunquam procedere fictionem, quo ad veritatem inducendam, authoritatem enim legum non posse veritatem naturalem tollere, & ab essentia realitatis suæ eradicare (hæc enim sunt verba illius) per.d.§.factę.

4 ℭ † Quibus & tu adde alios textus idipsum astruentes. videlicet in.l.verba.C.de test.ex qua Raph.Fulgo.& Corne.no. testatorem non posse factum infectum facere, & in.l.verum. ff.de regu.iur.cuius hæc verba sunt, Verum neq; pacta neq; stipulationes factum posse tollere. quod enim impossibile est, neq; pacto neq; stipulationibus potest comprehendi, & in.§. 1.in versic.quæ igitur, in authen.de æquali.dotium.vbi ad verbum dicitur. Quod enim factum est, infectum manere impossibile est, hæc enim sunt verba græce constitutionis, καὶ γὰρ τὸ γενόμενον ἀγένητον μένειν τῶν οὐκ ἐγχωρούντων ἐστί.

5 ℭ † Quę fuit etiam sententia Platonis lib.11.de legibus, Plauti in Aulularia, Terentii in Phormione, & Phocylidis, cuius in eam sententiam hoc carmen est.

Μὴ δὲ παροιχομένοισι κακοῖς τεύχου τεὸν ἦτορ,
Οὐκ ἔτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.

Cui concinens Pindarus Olympiorum ode.2.scribit, ea quæ siue iuste siue iniuste facta sunt, neq; tempus ipsum rerum parentem infecta reddere posse.

Τῶν δὲ πεπραγμένων
Ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν,
Ἀποίητον οὐδ᾽ ἂν
Χρόνος ὁ πάντων πατὴρ
Δύναιτο θέμεν.

6 ℭ † Quinctiam Agathonis sententia est, Aristoteli probata, libro.6.Moralium Nicomachiorum, cap.2.hoc vno priuari

deum, ꝙ factum infectum facere non possit.
Μένου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται,
Ἀγένητα ποιεῖν, ὅσσ᾽ ἂν ᾖ πεπραγμένα.
Is Agatho, vt dicam obiter, fuit poeta eximius, & Platonis discipulus, & ab eo merifice amatus, vt & ipse Plato melitissimo carmine testatus est, quod extat apud Laertiũ in vita ipsius, & Gelliũ lib. Noctiũ Atticarũ. 15. cap. 11. estq; verisimile eã sententiã a præceptore didicisse. Cui assentiẽs Horatius lib. 3. Carminum Ode. 29. de Ioue loquens ait. Non tamen irritum
Quodcunque retro est, efficiet: neque
Diffinget, infectumque reddet,
Quod fugiens semel hora vexit. Et Plinius lib. 2. cap. 7. imperfectæ ait in homine naturæ præcipua solatia, ne deum quidẽ posse omnia. Nanque facere non potest, vt qui vixit, non vixerit: qui honores gessit, non gesserit. nullum habere in præterita ius, nisi obliuionis.

7 ¶ † Et ne quis Agathonem, Aristotelem, Horatium & Plinium hac in re impietatis in deũ, ob id accusandos putet: sunt & nostræ religionis cultores, & ii quidem sanæ ac syncerę doctrinæ professores, eiusdem sententiæ assertores, videlicet interpretes Sententiarum lib. 1. di. 42. Alex. Hales cæterorum præceptor in. 1. parte suæ summæ quæst. 21. membro. 5. articu. 4. diuus Thomas doctrina & sanctitate clarissimus, etiam in. 1. parte suæ summæ. 1. quæst. 25. artic. 3. & 4. & ante hos diuus Augustinus nemine omnium Theologorum inferior, lib. 25. aduersus Faustum, id quoq; aperte professus est.

8 ¶ † Ex nostris quoq; Albe. in. d. §. factæ. Bar. in. l. non dubiũ, col. 3. ver. contractus vero. C. de legib. Bal. eam Aristotelis sententiam citans, & probans, in. l. vlt. ante fi. versi. amplius considera. C. de lega. & in. c. inter monasteriũ, col. 2. ver. prima rõ, de re iudi. Angel. consi. 187. A. & B. contraxerunt, non multo ante finẽ. vbi ex hoc dicit, ꝙ si pacto promissum est de nullitate sententiæ, non intelligitur de ea, quæ resultat a perplexitate & repugnantia. quia legislator actũ repugnantem non potest in actum producere, imo nec summus, inquit, deus. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. & Card. Flor. Theologiæ peritissimus, siue is Imo. fuit, nam vtriusq; similis imo eadem lect.

iisdem omnino verbis concinnata, in. c. 1. in prin. col. penul. in 4. oppo. extra. de sum. tri. Fuit autem Cardi. paulo ætate Imo. superior. & rursus idem Card. in cle. 1. col. 2. in. 1. oppo. de immunitate eccle. Ludo. Sard. in tracta. legitimationis. §. septimo videndum. Corne. consi. 147. quia causa, col. 2. versi. q res iudicata, li. 2. Alexan. consi. 15. viso processu, col. 3. versi. secundo etiam probatur, li. 3. vbi ex hoc defendit Hebræum quendam de blasphemia. Soci. qui late in eadem specie consuluit, consil. 102. in psenti cõsultatione, col. 1. &. 2. li. 1. 7 in. d. l. §. si vir vxori, col. 1. vbi illius con. meminit, & ibi quoq; Ias. in vtraq; lectio. in. 1. no. & idem Ias. in. l. si insulã, in. 1. no. ff. de verb. obli.

9 ¶ † Quibus calculum adiiciens diuus Hieronymus, quo nemo doctior aut sanctior vnquam vixit, in decretis canonicis, in. c. si Paulus. 32. q. 5. Audacter dicam, cũ omnia possit deus, suscitare virginem non potest post ruinam. Id quod etiam affirmat per eum textum, glo. in. l. 1. post prin. in verbo, non potest. C. de rapto. virgi. & alia glo. in. c. super eo. in glo. magna, aute fi. de biga. Quod & ipsum astruit Ouidius de virginitate lesa loquens in epistola. 5. quæ est Oenonis ad Paridem.

Nulla reparabilis arte
Lesa pudicitia est, deperit illa semel.

Semel ergo, id est, irreparabiliter, irrecuperabiliter, irreuocabiliter. Et illius quoq; tex. i. d. c. si Paulus authoritate subnixus Panor. in. c. cum te, col. 3. versic. sed pro clariori, de re iudi. negat Papam posse tollere infamiam facti. Id quod perbelle intellexit Claudius Cæsar, qui cum orantibus familiaribus dem psisset cuidam notam, id est, infamiam, litura tamẽ, inquit, extet. Autor Suetonius in vita eiusdem. c. 16. Et his quoq; succinit, quod testimonio diui Pauli scribit Bald. in. l. ex his verbis, in fi. C. de testa. milita. q omne verum est necessarium, ita vt nec deus possit remouere veritatem a veritate. i. vt verum nõ sit verum. & idem in. l. eam quam, col. 8. versi. circa quintum. C. de fideicom. dicit post Theologos in. d. di. 42. li. 1. Sententiarum, licet locum ipsum non designet, q nec deus quidem ea potest quæ implicant contradictionem. quod & ipsum dicit Cardi. Flor. in locis supra citatis. Et, quod facit ad præcedentia, vt factum infectum lex facere non potest, sic nec e diuerso

quod factum non est, vt sit factum, vel testimonio Ciceronis in oratione pro domo sua ad pontifices. Quod factum, inquit non est, vt sit factum, ferri ad populum, aut verbis vllis sanciri, aut suffragiis confirmari potest?

10 ℭ † Et hæc quidem de prima ratione.d.§.si vir vxori. Ex qua illud forte probari posset, ꝙ si in donatione viri & vxoris interuenerit vera traditio rei donatę, & possesio eius accepta, translata sit ea possesio in donatarium, licet donatio non valeat: neq; enim lex facere potest, vt qd vere traditū est, quodq; vere acceptum est, traditum acceptum ve nō sit. Facta enim, vt dictum est, infecta a lege fieri non possunt. Quanquam alios tex. habemus, qui ex diametro contrarium dixerunt, scilicet in d.l.3.§.sciendum, de donati. inter vir. & vxo. vbi scribitur, huiusmodi donationem nec traditionem inde secutam quicquā valere, & in.l.si eum qui, in prin. eod. tit. vbi similis est propemedum tex. quo in loco glo. opponit de.d.§.si vxori, & ad soluendam illam antinomiam admodum laborat. & hoc in effectu dicit, ꝙ ciuiliter non transit possesio, sed naturaliter transit. Siue transit, sed non effectualiter, quia cito auocari potest, & illam sequuntur Bar. Bal. & Saly. ibi.

11 ℭ † Sed quicquid sit de ea re, nihil est quod nos vrgeat, vt dicamus ea ratione in casu illius.§.transire possesionem, si appositum fuerit constitutum vel precarium sine alia reali traditione: sed illud bene ex eo tex. sequitur, si appositum sit constitutum vel precarium, fieri non posse, vt appositum non sit. Sed quod in eo casu habeat vim traditæ possesionis, potest lege impediri. nam lex ipsa introduxit, vt constitutū eam vim habeat: neq; enim haberet, nisi lex statuisset. potest ergo eadem lex eam vim tollere. aut generaliter, in omnibus casibus: aut specialiter, in certis speciebus, præsertim in cōtractibus nullis: cum quod nullum est, nihil producere debeat. Et videmus etiā in quibusdam casibus veram traditionem non transferre possesionem, vt in.l.is cui bonis.ff.de verbo. obli. de qua nos multa diximus in nostris legibus cōnubialibus, in glo.3.in verbo, contracter, in.14.quæst. vbi videre poteris. Et his quoq; iunge quæ dicam in.2.ab hinc versi.

12 ℭ † Ad secundam igitur rationem.d.§.si vir vxori, mature

pergendũ est, quæ est in versi. & quid attinet. & est huiusmodi,, quoniam non suadet equitas, vt ex eo contractu non transferatur possessio: cum ex hoc nulla omnino oriretur vtilitas, cum semper donans & eam possessionem trasferens protinus eandem amittet: vt quæ perditur, quando quis animo desinit possidere. l. 3. §. in amittenda, & l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqui. posses. Ideo per fictionem legis. in. d. §. si vir vxori, aliter induci non potest, nec debet: lex enim nunquam fingit, quando ex fictione nulla oritur vtilitas, vt per Bar. late & subtiliter, in. l. si is qui pro emptore, in materia fictionis inductiuæ. ff. de vsucapi. Alias enim frustra fingeret, cum lex naturam imitata nihil frustra operetur. l. qui bis idem. ff. de verbo. obligati. & l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt legat. nomi. caue. cum infinit. concord. a me congestis in nostro ope, cui hic titulus, nihil frustra.

13 ¶ † Ex quibus illud videtur fieri, vt si in hoc casu, scilicet in contractibus inutilibus non interueniat actus facti, id est, realis traditio, sed iuris tantum scilicet constitutum siue precarium, vel retentio vsufructus, & alia hmõi, non transferatur possessio: nam cum ea translatio sit iuris, & non facti, potest ab ipso iure impediri, vt iam diximus, argu. scilicet a contrario sensu. d. §. si vir vxori. Et ita expressim voluerunt ibi Pau. Cast. ante fi. & Alexander col. 3. & iterum versic. item habetis, & Soci. col. 2. ver. secunda conclusio, & Iason col. 3. in. 2. lect. versi. ergo notabis, & idem Paulus consil. 452. ad euidentiam dicendorum, ante fi. libr. 1. & consilio. 193. super isto puncto occurrunt, columna penulti. versicul. plus videtur, libro secundo. Et refert ipse Pau. primo illo loco, ac etiam hoc postremo, ita determinasse Argentinum filium Raynerii Foroliuiensis in publica disputatione, per gloss. quæ id videtur voluisse in. l. quod meo, in gl. 1. ff. de acquirend. possessio. quæ dicit, & post eam Iacob. Aret. possessionem quæ iuris & fictionis ministerio quæritur, scilicet per constitutum, vel alias non quæri ex inutili contractu, siue causa iniusta, & non legitima, & ibi quoque ita intelligit Iacobus Aret. d. §. si vir vxori.

14 ¶ † Quod & ipsum quoque voluit Bar. in. l. cũ falsa. C. de iuris & fac. igno. & non obscure Bal. in. l. si cum seruum. §. inter virum, circa mediũ. ff. de donati. inter vir. & vxor. & apertius,

consi.212.punctus talis est. A.B.C.col.1.lib.1.vbi id expressissime voluit, nempe id, quod ex inutili contractu non transfertur possessio per fictam traditionem, sed opus esse traditione corporali, per.l.si quis rem.§.voto.ff.de pollicita.& Rapha. Co, in.l.si quis ante,& ibi post eum Soci.col.3.versi.6.not. vterque per eum tex.ff.de acqui.possess.& rursum idem Raph. in.d.l. si aliquam rem,col.3.versi.& secundum hæc,eo.tit. & Rom, in.d.l.quod meo,circa medium,& ibi Alexan.col.vlt.eo.titu. & idem Alexā.consi.82.perspectis his,col.pen.uersic.pro hoc facit,lib.2.quod paucis uerbis transmutatis repetitum est con.40. lib.3.atque iterū consi.51.lib.6.& nouissime Bartholo, Chasse, consi.7.visis themate,nu.55.

15 ¶ † Nec hinc longe distat,quod scribit ipse Bal.in.l.ex testamento,ad fi.C.de fideicom.cōstitutum siue precarium esse accessorium contractus,i quo apponitur, Et ideo si contractus non valet,nec eius quoque accessorium,quod sui principalis naturam sequitur. Et rursum in.d.l.non dubium, in.16.oppo.& ibi Ias.col.pe.versi.item adde.C.de legib.& idem Bald.in.l.i contractibus,in prin.in.5.quæsti.& ibi etiam Saly.C. de non num.pecu.& i.l.si non sortem.§.indebitum,col.2.ff.de cōdic. indeb.& in.c.quo ad consultationem,ante fi.de senten.& re.iudi.& in.c.2.col.vlti.titu.de feud.dat.in uicem leg. commiss.vbi tamen subdubitanter loquitur,& consi.66, inter uirum & uxorem,lib.1.& Alb.qui ita dicit fuisse determinatum, in.l.pupillus.ff.de acquir.rer.dom.Saly.in.l.traditionibus,col.ulti.uer, quæro tertio,extra gl.C.de pac.Imo.in.l.si aliquam rem,col. 3.uersicu.in eadem gloss.ibi uideor, & ibi Alexand. colum. 5.uersic.præterea nota.dicit.ff.de acqui.possess.Roma.cō.171, pro decisione,col.2.& con.246.clarissime assessor.col.1.Pau, Ca.con.10.si uera sunt,col.1.ubi dicit,quod sublato principali cōtractu sublatum etiam censetur cōstitutum in eo appositum.& con.43.uidetur dicendum dictam causam,col.1.lib.1.Masuer, titu.de donati,uersi.item donatio facta per patrem filio, & titu.de possessor.§.item cum quis dat rem,ubi loquitur & de cōstituto,& de retentione usufructus,ut.s.ex his nō transferatur possessio ex cōtractu inutili.& Alex.in.d.l.1.§.si uir uxo.col. 3.uersicu.per hoc decidi potest.& iterum in.d.l.quod meo,col.

ult..ff.de acqui..posses.& d. consi. 82. perspectis his, ubi supra lib. 2. & rursum cõ. 81. lecto & discusso, col. 5. uer. ex his ergo ap paret, lib. 3. ubi id dicit singu. Bar. in. l. 1. §. si quis ita, col. 16. uer sic. item dicebam, & ibi Iason ad fi. qui id dicit not. ff. de uerb. oblig. & idem Barb. in. c. ulti. col. pen. de precar. & consil. 28. scripsit bellissime, col. 5. uersic. & si diceremus, lib. 1. & consil. 43. preclare scribitur, col. 15. uersi. facit etiam quia cum isti, eo. lib. 1. & con. 36. sapienter scripsit, col. 12. uersi. ita dicamus, lib. 2. & consil. 33. bene etenim, col. 2. lib. 3. & consi. 14. clementissimi optimi, col. 2. uersicul. præterea faciat, lib. 4. & cõsi. 22. clementissimum deum, col. 5. uersi. capio nunc secundum, eod. lib. 4. & consi. 49. quod est eiusdem initii, col. antepe. uer. facit simile quod habetur, eo. lib. 4. & cõ. 52. uiso celebri, col. 9. uer. & tollitur, eo. li. 4. Soci. consi. 78. licet pendeat, col. 1. uersicu. primũ probatur, lib. 3. Corn. con. 6. licet in hac, ad fi. li. 4. Frã. Curt. senior. cõ. 8, uiso instro, col. ul. & cõ. 71. sup cõtrouersia, col. 5. uer. 3. rñdemus. Gui. Pap. cõ. 81. ad decẽ dubia, in. 6. dubio. Ias. in. l. 3. §. ul. col. 2. uer. limita istud. ff. de acqui. pos. & in d. l. ex testõ. C. de fideicõ. ubi hoc dicit ualde utile ad multa, & ꝙ consulendo & allegando solitus est magnificare. & rursum in. l. certi condictio, §. si nummos, col. antepe. uersic. item contra decisionem. ff. si cer. pet. & in. l. principalibus, col. 3. uer. ultra alios, eo. tit. & in. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus, col. antepe. uersi. 2. cõtra. ff. de uerb. obliga, & consi. 147. præsens cõsultatio, col. 2. uersi. ex prædictis, lib. 2. & con. 199. quæritur an liberatio, ante fi. eo. lib. 2. & con. 133. uideretur in præmissa, col. pen. uer. item quando contractus, lib. 4. Carol. Rui. consi. 136. primo uidendum, col. ulti. lib. 1. & consi. 69. diligenti, col. 9. nu. 15. lib. 3. ubi & idem dicit eadem ratione de retentione usufructus. & consi. 28. in causa dominorum, col. 4. nu. 11. lib. 5. & consi. 127. uisa facti narratione, columna quarta, numero decimoquarto, eod. libro 5. Philipp. Deci. nominatim etiam distinguens inter realem possessionẽ, & constitutitiam, in a su. d. §. si uir uxori, in. l. contractus, colum. 7. uersi. ultimo conclusio prædicta, & iterum in. l. cum principalis, numero 2. ff. de reg. iur. & consi. 198. cuius superscriptio incipit, rescriptum impetratum, col. penul. versicu. confirmatur hoc quia. &

cōsi.247.in causa magnifici,col.3.ver.quantū vero ad alia.& consi.366.pro declaratione,col.vlti.Stephanus Bertrand.cō. 224.viso consultationis themate,nume.17.lib.3.Matthæ. afflic.decisi.Neapolita.40.casus est iste,col.pen.& Deci.331.quędam Diana,post prin.Hippo.Marsi.in.l.pe.col.11.uersi.& vltra prædicta facit.ff.de quęstio.& in repe. Rub. de fideiuss.nu. 252.& consi.125 æternæ lucis col.3.versic.nam data inualiditate.Ludo.Gozad.consi.28.videtur prima facie,col.vltim.nume.36.Paulus Parisi.consi.55.contractus,col.3.nu.22. lib. 1.& consilio.59.viso instrumento,col.4.nume.25.eod.lib.1.Hierony.Gratus.consi.50.reuerendissime,columna secunda uersiculo,nec etiam probatur,lib.primo,& consi.69.cum sermones, columna vltima,numero.20.eod.lib.1.vbi hanc dicit esse communem opin.& consilio.40. antequam, columna tertia, nu. 31.libro secundo. Adeo sunt multi in hac re vt nullam propemodum frequentiorem videas apud nostros, vt magis mirer Iaso.dicere in d.l.ex testamento.C.de fideicommiss. neminem illud dictum Bal.in eo loco allegare.

16 ¶ † Sed & quod plus est,sunt nonnulli,qui negant etiam ex vera traditione transferri possessionem,nisi pręcedat causa habilis & iusta ad transferendum dominium. Et inter hos Iaco. Rauen.antiquus quidem scriptor, sed omnibus nostris commendatissimus,per glos.in.d.l.quod meo,in principio.ff.de acquir.posses.Sed ea glosa loquitur in casu eius.l.quæ ipsa loquitur de ficta traditione.Ideo plerique omnes tenent cōtrarium, vt videre licet per Petrum de Bellapertic.Dynum & cæteros. in.d.l.1.§.si vir vxori.ff.de acquirenda possessio. Salycet.qui alios citat,in.d.l.traditionibus, columna vltima.C.de pactis, & in.l.qui rem,colum.quoque vltima.C.loca.& alii,quos ipsi nos citauimus in.dd.nostris legibus connubiali.glo.3.in verbo, contracter,in decimaquarta quæst.quod nos tantum obiter attingere voluimus.

17 ¶ † Sed vt redeamus,sunt multi & quidem magna ex parte ex illis quos citauimus versicu.ab hinc.2.atque ita sibi contrarii,alterius opin. vt scilicet ex inutili contractu transferatur possessio per constitutum,aut alium actum fictum: videlicet glos.post Azon.ab ea citatum,in.d.l.si aliquam rem, in glos.

vltima. & ibi Barto. colum. 1. versicu. sed quæro vtrum perdatur, Imola, Raph. Co. Paul. Ca. & Alexand. ff. de acqui. possess. Glo. in. d. l. qui rem propriam, & ibi quoq; Dynus, Cyn. Iacobus But. Bald. Angelus, & Saly. C. locat. Cy. & Bald. in l. ad probationem, eod. tit. Bar. post Dynum, in. d. l. quod meo, colum. 1. & ibi quoq; Ange. in fin. Pau. Cast. & Alexand. col. 2. & 3. sibi in eadem. l. quod magis mirum est contrarius, de acqui. possess. Corne. qui tamen addubitat, consili. 89. viso suprascripto puncto, col. ante pe. in fi. versi. & si dicatur, lib. 3. & constantius consi. 20. viso dicto puncto, col. 3. versi. non obstat secundum, ibi vel dato fine præiudicio, eo. lib. 3. Cepola causarum criminalium consi. 4. visa querela, col. 2. versic. nec obstat cum dixi, & iterum versi. nec obstat si dicatur. Socin. consil. 49. in causa episcopi, colum. 2. lib. 3. Carol. Ruin. consi. 137. viso instrumento, colum. vltim. lib. 1. Philippus Deci. con. 202. vt præsens consultatio, col. 4. versi. tertio, etiam fundamento. Stepha. Bertran. con. 4. parum refert, nume. 16. & 17. lib. 2. & consi. 238. contra donationem, nume. 2. lib. 3. Vt interim hic taceam alios multos, qui tenēt ex donatione inter virum & vxorem, patrem & filiumfamil. quæ & ipsa non valet, transire tamen possessionem per constitutum, quos tibi longo ordine cōgessi supra in. 1. parte nu. 48. hinc etiam fit, & seq.

18 ¶ † Et hæc opinio confirmatur alio simili, scilicet quod cōfessio facta in contractu inutili valet, & probat contra confitentem, per. d. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus, versicu. superest, & ibi Barto. qui dicit nota. colum. 2. versicu. oppone, & videtur Angelus, Imola. Paul. Cast. & late Alexander, consil. 8. versicu. item inquantum, & latissime Iason colum. antepenul. versicu. nota etiam diligenter. ff. de verb. obligati. Ex quibus ipse Barto. etiam allegat. l. iubemus. C. de sacrosanct. eccles. & l. prima, & secunda. C. si de vendit. pignor. aga. & l. prima. & ibi nota. C. de præscriptio. 30. vel. 40. anno. Et idem quoque voluit ipse Bartol. in dicta. l. 1. §. si quis ita, ad finem. & in. l. decem, etiam in fine, eod. titul. de verbo. obligat. & in. d. l. certi condictio. §. si nummos, & ibi quoque Roma. columna secunda versic. sed quid de confessione, & Iason col. antepen. versicu. successiue inquantum. ff. si cert. petatur. Bald. in. d. l. si

circa medium, & ibi quoq; Angelus, vt a multis citatur, licet in meo codice nõ reperi, de pręscript. 30. vel. 40. anno. Et de hoc dicit Roma. vbi supra, esse casum in. l. ait. Prætor. §. permittitur. ff. de minori. Nam & quod huc accedit proxime, confessio facta in iudicio inualido probat contra ipsum confitentem modo iudex non sit incompetens, Bart. in. l. si confessus. ff. de custo. reo. Imo. Pau. Ca. Alexan. & Iason in. d. §. Chrysogogonus. Panor. in. c. at si clerici, in prin. in. 2. no. de iudici. cũ si.

19 ℂ † Sed & hæc quoq; opinio confirmari potest, ex eo quod no. glo. Bal. & alii nemine reclamante, in. l. ab emptione. ff. de pactis, ꝙ licet resoluatur venditio ex consensu partium non tamen resoluitur cõstitutio precarii, licet ea veniat accessorie ad contractum, sitq; veluti pars illius. Id quod aperte ostendit huiusmodi constitutionem non regulari, vt nostri loquuntur, secundum naturam contractus, cui accedit. Quam rationem solus omnium præcedentium, quos viderim, nisi me fallat memoria, expendit ad id de quo nunc tractamus, Franciscus Aretin. in. d. l. 1. §. si vir vxori. ff. de acquir. possess. vbi tamen super hoc relinquit cogitandum, sed ita vt in hanc sententiam inclinare videatur. & Claudius Aquensis ibi, col. 2. versicul. sed cõtra hanc doctrinam, de quo & nos dicemus infra. in. 29. limi. nu. 5. sed huic limitationi.

20 ℂ † Sed quid hic (dicet quispiam) Diutius immoramur, quãdo vt supra alicubi diximus, videatur esse textus apertissimus pro hac sententia, vt. s. in donatione viri & vxoris, de qua loquitur. d. §. si vir vxori, quem hic interpretandum priuatim sumpsimus, sufficiat precarium ad transferẽdam possessionẽ? Qui quidem textus est in. l. cum hic status. §. si maritus. ff. de donati. inter virum & vxor. vix enim quisquam accedat glo. ibi, in verbo, precariam, quæ hunc intellectum, imo vero textum ipsum subuertere videtur. nam & text. ibi satis declarat possessionem fuisse translatã in vxorem, & ita intelligit Bart. Quoniam & in id sufficere precarium in eo casu voluere plurimi, qui tamen eum tex. non allegãt, quos tibi citaui supra in 1. parte. d. nu. 48. hinc etiam fit.

21 ℂ † De qua re loquẽs Soc. in. d. l. 1. §. si vir vxori, col. vlt. uer. aduerte tamen. ff. de acqui. possess. considerans paulo penitius,

quid in hac tanta controuersia dici, excogitari ve posśit, mo net aduertendum esse, an illud dici posśit, in hoc interesse vtrum actus sit omnino nullus sine spe reconualescentiæ. & tunc nihil operetur ficta traditio. An vero speretur quædam reconualescentia, vt in casu illius. §. Nam ea donatio licet sit a principio nulla, confirmatur tamen morte donantis, si eam aliter nou reuocarit, & tunc operetur ficta traditio posseśsio nē: nam vti principalis contractus conualescit, ita & cōsequē ter illa traditio, per. d. l. cum hic status. §. si sponsus, credo il lū voluisse allegare. d. §. si maritus. Subdit tamē cogitādū.

22 ¶ † At qui prior illa opinio, quæ censet constitutum appositum in contractu inutili, esse etiam inutile, magis probatur curiæ nostræ Parisiensi, eamq; sæpius sequi vidimus in nostra decuria. Tum ꝙ, vt iam dictum est, id sit pars ipsius contractus inutilis. Tum ꝙ qui inutiliter vēdit aut donat, aut aliter alienat rem suam, manet dominus, vt ante erat: cum ex inutili contractu non transferatur dominium, vt etiam in donatione inter virū & vxorem, de qua hic tractamus, est textus expressus in. l. 3. §. si stipulanti, ibi, non fieri eius apparet. ff. de donatio. inter vir. & vxor. Ex quo & illud continuo consequens fit, nec eo casu valere precarium, cum rei suæ precariū consistere non posśit. l. in rebus. §. 1. ff. de precario. vti nec pignus, nec conductio rei suæ. l. si aliquam rem. ff. de acquir. posses. & l. qui rem. C. locati, & l. ei a quo. ff. de vsucapi. & l. neque pignus. ff. de regu. iur. & ibi concord.

23 ¶ † Adde & tu ad hanc partem quod scribit Bald. in. d. in. l. non dubiū. col. 6. in. 10. oppo. C. de legib. ꝙ si contractus est immediata causa posseśsionis, vt contractus precarii. tunc si contractus est inutilis, ex eo nō tranfertur posseśsio, per. d. l. si aliquam rem, de acquir. posseśsi. & expreśsius in. l. si quis ante. §. 1. versi. si quidem nummo vno, eod. tit. Et Bald. vbi supra nuncupatim sequitur Iason in ea ipsa. l. non dubium, col. pe. ver. in septima & vltima. & Alex. in. d. §. si vir vxori, col. 2. versi. vnde concludit, & ibi quoq; Soci. col. item. 2. ver. prima conclusio, & Iason col. 3. versi. præterea no. dixit Bal. & ipse Alex. in. d. l. si aliquam rem, col. 5. versi. eiusdem initii. ff. de acquir. posses. & Hiero. Grat consi. 90. omisśis argumen-

tis,col.2.nu.18.li.1.Et idem nõ obscure voluisse videtur Bar. in.d.l.cum falso,post med um.C.de iur.& fac.igno.

24 ¶†Hucq; spectat text.l. vlti.ff. de constitu. pecun ubi si instrumentum est nullum,sunt etiam nulla in eo contenta:& si non valet id quod principaliter actum est, sic nec constitutio debiti:quæ in id facta est.Quẽ text.ad hoc dicit sing. Bal. in.l.si absentis,col. vlt.C.si certum petatur.& Barb.consi.28. scripsit bellissime,col.6.ver. & ex istis videtur,li.1. vbi dicit illum tex.valde sing.& con.43.præclaræ scribitur,col.5.ver. & si diceremus,lib.1.& consil.28.a Ioue principium. col.4. versi.& si dicitur amice,lib.3.& consi.33. bene etenim cuncta geruntur,col.2.eo.lib.3. & consi.60.illud in medium afferam,col.22.versi.capio aliud,eo.lib.3. vbi illum tex. dicit sing.& consi.22.clementissimum deum,col.6.versi. ex quo infero,lib.4.& in addi.Bal in.c.2.titu.de feud.dat.in vicem legis commi.& Soci.consil.51. præstantissime doctor,col.2. versi.confirmatur etiam,lib.1.& Iason in d.l. non dubium, col.penul.versi.in secunda & tertia parte.C.de legib.& in.l. sub prætextu,la.1.col.vlti.C.de trãsac.& con.170.q; prædicti Paulus,col.9.ver.& si diceretur,lib.2.

25 ¶†Et per illum tex.dicit Bald.in rubri. C. de consti. pecu. col.2.ver. deinde venio ad causam,q; cõtractus inualidus nõ cõfirmatur per cõfessionem in eo appositam.Et in.d.l. absentis,si cer.pe.dicit etiam per eum textum,q; si non valet contractus principalis guarentigionatus,siue confessionatus (ita enim & Bald.& alii huiusce notæ interpretes vocant instrumenta,quæ ex statuto habent executionem paratam)†Nec etiam valet confessio,vel guarẽtigia, siue præceptum.Quod & idem voluit ipse Bald.in.l.si non sortem. §.1. versiculo, sed quid si instrumentum.ff.de cõdictione indebiti.& in.d.l. in contractibus,in fi.princ.C.de non num. pecu. & in.l.hac edictali,col.4.versiculo,sed pone dicit statutum.C.de secun. nupti.& in.l.etiam,col.2.versiculo, item q; statutum. C. de executi.rei iud.& in.c.quod ad consultationem,col.vlti.paulo ante fi.extra de senten.& re iudi.Paul . Castr.in ea ipsa.l. vlti.ff.de constit. pecu.Roma.in.l.1.in prin.col.antepe.ver. tertio iudicium & clausula.ff. de verborum obligatio. & in.

rep.l.si vero.§.de viro,in.33.fal.ff.soluto matrimoni.& con. 26.in causa nobilis viri.col.vlt.& consi.42.visis quæ egregie,col.1.Alex.ind.§.si vir voxri,col.3.versi.in simili, & ibi Iason in.2.lect.col.4.versiculo,ego teneo istam.Idem Alex. consi.81.lecto & discusso,col.5.versi.ex his ergo apparet,lib. 3.& consil.196.perspectis narratis,col.2.versicul. non obstat etiam,lib.6. Corne.con.31.videtur in præsenti,col.3.versicu. iuramentum,lib.3.Soci.con.27.visis instrumẽtis,col.6. ver. sed in hoc non est,lib.4.Iason in.d.l.1.§.si quis ita,col.vlt.in fi.ff.de verbor.obligationi.& in.l.non dubium,col.pen.C.de legib.& consi.199.quæritur an liberatio, ad fi.lib.2. Roma. consi.42.visis quæ egregie, col.1.versi.secundo quia nullo. & consil.76.in causa nobilis viri,col.vlt.versi.non obstat illud in quo . Et idem quoque in confessione voluit Bar.in.l. post legatũ,col.2.versi.item contra hoc oppo. & multis seq. ff.de his quib.vt indig.& Bal.in.l.alia,col.1. C. eod. tit. vbi id declarat,quomodo intelligi debeat.

26 ℭ†Sed hoc tamen lector amantissime,ne decipiaris,nõ perpetuo verum est,sed patitur plurimas distinctiones,restrictiones,siue limitationes,quas ne te diutius detineam,videre poteris,si tibi libeat,apud Roma. con.364. cuius exordium est, hæc confessio,& latius apud Alex.in.d.l.si ita stipulatus. §. Chrysogonus,col.8.versiculo,item inquantum, & col. seq. ff.de verborum obligationi.& latissime per Fely. post alios multos in.c.cum venerabilis, col.8.& sequent.in.2. conclusione,extra,de excepti.Ex quibus poteris depromere,quæ in rem tuam esse videbuntur.

27 ℭ†Sed & huc referendum est, vt redeamus, quod voluit glo.no.in.l.si patronus. §. patronum, in verbo, 1 auiana.ff. si quid in fraud.patro.ꝙ omnes clausulæ in contractu appositæ sequuntur naturã ipsius contractus principalis,vt si is cõtractus rescindatur uel annulletnr,ita etiã pactum euictionis vel penæ in eo appositum.Et eam glos. ad hoc commendat Bal.in.l.imperator,in.1.lect.col.pe.versi.item cassato principali. ff. de stat.homi.vbi per eã dicit,ꝙ cassato principali censentur & cassata omnia in eo contẽta.& idẽ Bal.in.l.1.col.4. ver.quæro vtrum iuramentum.C.de inof.donati.vbi & per

eam dicit, quod rescisso principali contractu non solum intelligitur rescissu penalis, & quodlibet accessorium, sed etiam iuramentum. & con.375. certum est quod filia, col.2. ver. item qui confitetur, lib.3. vbi illam dicit not. & consi.440. factum proponitur esse tale Franciscus, col.2. eo. lib.3. & con. incip. filia instituta: vt a quibusdã citatur, vbi illã dicit aureã. & Roma. d. con.42. col.1. vbi eam dicit no. & ordi. & consi.115. viso cõpromisso, col.2. ver. his ergo præmissis, vbi & ad hoc alia quædam adducit, quæ tu illic videre poteris. & rursum con. 146. clarissime assessor, col.1. Ang. Aret. qui eam signãdam dicit in. §. fuerat, col.11. versi. ergo eodem modo, & ibi Iason col.36. in paruis. nu.76. secũdo motus est, Inst. de actio. Barb. qui eam prope vbique dicit singu. d. consi.28. scripsit bellissime, col.6. versi. & eodem modo constitutum, li. 1. & consi. 42. illud in medium afferam, col.8. ver. non obstat si dicatur, eo. lib.2. & consi.36. sapienter scripsit propheta. col. antepe. versicul. præterea remisso, lib.2. & consil.56. sapienter scribit Psalmista, col.10. versic. & maxime quia illa clausula, eo. li. 2. & consi.33. bene etenim, col.2. lib.3. & con 60. illud in medium afferam, col.22. sub versi. capio aliud dubium, eo. lib. 3. & con.73. a Ioue principum, col.4. ver. ita dicimus in proposito, eo. lib.3. consi.76. illud in medium, col. vlt. eod. lib. 3. & con.14. clementissimi, col 2. ver. præterea faciat, lib.4. & consil.49. clementissimum deum, col. antepe. ver. facit simile quod habetur, eo. lib.4. & consi.55. clementiss. & omnipo. col.8. ver. an ista se extendit, eo. lib.4. Soci. con.49. consiliis. &c. in primo, col.3. versi. præterea omnes clausulæ, lib. 1. & con.66. visa donatione, col.3. versi. nec etiam contradicunt, lib.3. vbi illam glo. dicit no. & con. 103. in casu conuentionis, col.3. versic. item si quictantia, eo. lib.3. vbi & illam dicit not. Iason in. d. l. principalibus, col.3. versic. vltra alios. ff. si cert. peta. vbi illam solemnem appellat. & in. d. l.1. §. si quis ita, in fi. ff. de verbo. oblig. vbi eam sing. dicit. & consi.82. viso testamento, col.3. versi. tertium principale, lib.3.

18 ¶ † Et de pœna quoque apposita in pacto siue contractu inutili, vt etiam ea sit inutilis, ita vt peti aut exigi nõ possit, præter multos ex his quos supra citauimus, tenuit etiam gl. quã

nullus

nullus illorum citat, in.c. significatibus, in glo. vl. extra de off. delega. & alia glo. in.c.2. in verbo, pœna, & ibi Inno. in prin. Pet. Anc. in. 1. no. Anto. in. 2. no. Imo. 1. no. & Panor. citra medium, extra de precar. Imo vero est tex. in id optimus in. l. stipulatio hoc modo concepta, & .l. si homo. ff. de verbo. oblig. & in. l. quod bonis. §. 1. ff. ad leg. falci. Tu tamē super ea glos. in. d. §. patronum, citata in prin. ver. præcedentis, vide omnino Alexan con. 137. hoc initio, visa quali petitione, colum. 3. ver. nec obstat prædictis, lib. 6. Et super eo quod de pœna diximus, vide etiam glos. & alios in. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig. & Panor. in. d. c. 2. vbi supra de precar.

29 ¶ † His quoq; concinit, quod pulchre tradit Baldus in. d. l. si ex cautione, col. 2. versi. secundo quærit glos. C. de non num. pecu. ꝙ quemadmodum confessio mutui ex literis non producit efficacem obligationem ante biennium transactum, sic nec renunciatio non numeratæ pecuniæ inserta iu illa confessione intelligitur secundum naturam eiusdem confessionis: vt si hæc non valeat, nec illa quoq; huic adiuncta: alias implicaret contradictionem, essetq; contra naturam substantialem actus, vt ibi subtiliter ostendit. Et idem in effectu ante illum voluit Bar. ibi, in fi. cuius in ea re verba multum commendat Imo. in. c. si cautio, col. 9. ver. an autem possit renūciari, de fid. inst.

30 ¶ † Quin & generalius voluit ipse Bar. in. l. vlt. §. item. quæsitum per illum text. ff. de condict. indeb. ꝙ nulla quæuis renunciatio valet, si actus principalis, in quo fuit apposita, non valeat: quasi per omnia renunciatio ipsa sequatur naturā actus principalis. Quod dictum pro sing. reasumit Iason. in. §. fuerat, char. 10. in paruis, nu. 76. & seq. Instit. de actio. & idem voluit Paul. Ca. cō. 143. viso ꝓcessu & attestatiōibus, col. 1. ver. nec etiam obstaret, lib. 2. vbi allegat Bald. in. d. l. in contractibus, in fi. princ. C. de non nume. pecu. & idem Paul. in. l. vlti. ver. item debes scire. C. plus vale. quod agit. Et facit quod voluit Bal. in. l. si diuersa, circa medium, ver. veniamus, & ibi Raph. Fulgo. col. 3. ex hoc instat. C. de transact. ꝙ renunciationes appositæ in compromisso intelliguntur, si actus principalis habet effectū. sequitur & cōmendat Alex. con. 22. viso instrumento syndicatus. col. 1. lib. 1. & Iason, qui id dicit sing. in

l.sub prætextu, la.1.ad fi.C.de transac.

81 ¶ † Finitimum est & quod voluit gl.no.in.l.emptione.C.plus valere,quod agit. ꝙ sicut non valet contractus simulatus, sic nec iuramentum in eo appositum:propterea is contractus nõ capit robur ex ipso iuramento,tanquam & ipsum simulatum præsumatur. Et eam sequuntur Bald. Ange.qui illam dicit singu.& Saly.ibi.& Pau.Cast.in.l.vlti.eo.tit.& Bar.in.l.cũ quis decedens.§.Titia,&.§.codicillis.ff.de legat.3.& in.l.Seius & Angerius,post medium,versicu.refert etiam hic.ff.ad legem Falci.& Bal.in.l.1.col.1.versi.modo solet dubitari.C.de ope. libert.& in.l.ne patronis,col.vlt.eodem titu.& in.l.rogasti.§. si tibi,columna vltim.in noua lec.ff.si cer. peta.& in.l.vlti.ff. qui satisda.cogan.vbi declarat ipse Bal.in hoc casu, an opus sit petere relaxationem iuramenti.& idem Bald.in rub.ff.de iure iuran.colum.vltim. Ange.in.l.1.in fi.C.de doti.cau.non num. vbi & eam glo.dicit singu.Card. Flo.qui eam dicit no.in.c.ad nostrã,col.vl.ver.secundo quæro,& ibi quoq; Imo. col.itẽ vl. versic. an autem iuramentum,Panor.in.3.not. Barba.colum. 3.& Anto.Burg.qui id post alios declarat,col.9.versic.ex tertio no.extra de empti.& vendi.Pet.Ancha.in.c. accessorium, col.6.versi.ex prædictis possumus dicere,ibi, similiter non firmat,de regu.iur.lib.6.Anton.in.c.cum contingat,colum. antepe.versi.octauus quando lex,& ibi Imo.col.75.in.7. membro suæ distinctionis,versic.iuxta prædicta potest esse dubium, & Panor.qui id late declarat,colum.12.versicu. annecto nunc aliud dubium,de iniuran.Imo.in.l.nemo potest,columnn.21. versicu.item adde ei quod tangit,& ibi Alexan.colum.4.ver. sed est dubium quid si in instrumento,& Ias.col.8. versicu.tertio principaliter.ff.de lega.1.Panor.in sua disputati.incip.stante statuto,columna secunda,versi.quinto.Paul. Cast.in.l. contra legem,in fi.ff.de legib.& in.l.si quis pro eo,colum.3. versi. adde quintum casum.ff.de fideiuss.&.d.consi.143.col.1. lib.2. & consi.145.visis his quæ narrantur,col.pen.in fi. eo.lib.2.& consi.306.quanquam lõga sit,col.2.versi.item nõ obstat quod contractus,lib.2.vbi id declarat.Roma.con.44.ex supra narrato themate,col.2.ver.secunda ratio est,& cõ.293.præsupposito,in.2.dubio.& con.520.circa propositã cõsultationẽ, col.4.

ver.nec refragatur tex. Alex.in,l.si donatione,col.3. versi.pro ista opi.etiam. C.de collati. Cepol.in tracta.de simulatione cō tractuum,in.7.præsumptione. Corne.consi.135.visis articulis, col.3.in fi.lib.1.& consi.284.in præsenti consultatione, col.vl ti.eo.lib.1.& consi.104.circa primum,col.2.lib.2.Maria.Soci. inter con.Bar.Soci.filii con.65.circa primam quæstionē, col. antepe.ver.sed tamen quicquid sit.& ipse Bart.filius consi.seq. frustra plenitudini,colum.6.ver.2.principaliter, li.1. & consi. 155.præstantissime doctor,col.vlti.versic.forte posset dicere, lib.2.& con.264.visis in instrumento,col.9.versi. non obstat etiam iuramentum,eo.lib.2.Barb.d.consi.60.col.19.versi.præ terea faciat,& iterum col.22.ver.capio aliud dubium,lib.3. & consi.70.illud in medium referam,col.14.uer.⁊ si dicatur, eo. lib.3.Guid.Pap.consi.180.circa processum declarationis, col. penul.Ias.qui vbiq; ferme dicit sing.in.d.l.nō dubium,colum. 2.C.de legib.& in authenti.sacramenta puberum,colum.vlti ma.C.si aduer.uenditi.& in.d.§.fuerat,char.11.in paruis,uer. aliud singularissimum,Insti.de acti.& consi.36.factū sic se habet de anno,col.2.vers.dicit etiā magistraliter,lib.1. & Vital. Camba.in tracta.clausula.ti.an iuramentum validet contractum simulatum.Stepha.Bertran.consi.236.viso processu, in fi.le.2.Hippo.Marsi.in rep.c.at si clerici,nu.169.de iud.& cō. 125.æternæ lucis,nu.37.

52 ¶ †Nam & quod generalius est, si contractus est simulatus, quælibet clausula in eo apposita & simulata quoq; præsumitur,ex sententia Bar.loquentis in renunciatione,in.l.nemo, co lum.2.uersi.quęro an renunciatio.ff.de lega.1.& Roma.cons. 171.pro diuisione consultationis,& iterum consi.246.clarissime assessor,col.1.& Ias.consi.170.ꝙ prædicti Paulus, colū.6. uersi.item si contractus,lib.2.& consi.133.uideretur in prædicta consultatione,col.ult.uersi.item quando contractus, eo.li. 2.& nuncupatim de clausula constituti uel precarii apposita in cōtractu simulato dicemus in sequ.limita.uersic.2.quod ita intellige.Quod non ob aliud est quam quod huiusmodi clausula & cæteræ mutuantur naturam principalis,contractus.in quo apponuntur.

53 ¶ †Et hoc quidem procedit, nō solum quando cōtractus ue-

re apparet aut probatur esse simulatus, sed etiam cum talis tantum præsumitur, quia tunc etiam iuramentum super eo interpositū præsumitur simulatū: ideoq; nec dat aliquod robur cōtractui, vt voluit Iaco. Bel. in statuto p̄sumente simulatum cōtractum factum a minore vel muliere sine certa solennitate, in sua disputatio. incip. lex Perusina. Bar. etiam loquens in cōtractu, qui præsumitur dolosus, in. l. omnes populi, col 8. in. 3. quęstio. princi. versic. item si statutum diceret, q̄ minoris contractus. ff. de iusti. & iure. Bal. Saly. & recentiores in. d. authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. Bal. in repe. l. 2. colū. 37. ver. super quinta quæstione, & iterum. col. 42. ver. quartum remedium. ff. de iureiur. Pet. Ancha. in repet. c. 1. in. 9. quæstion. prin. extra de consti. & in repe. c. ea quæ fiant, col 12. in. 3. quęstio. versi. in his etiam casibus, de regu. iur. lib. 6. Panor. in. c. cū contingat, col. 12. ver. & primo sciendum, & Soci. qui multos alios adducit concord. con. 66. frustra plenitudini, col. 6. versi. secundo principaliter, lib. 1.

34 ℭ † Sed & illud generale est, vt iuramentum sequatur naturam contractus, super quo interponitur, per tex. qui ad hoc quotidie allegatur, in. l. vlti. vbi id not. Bar. Bald. Salyce. Paul. Cast. & alii. C. de non nu. pec. & eum sing. ad hoc dicit Imo. in. c. si cautio, col 1. ver. an autem possit, de fid. instru. & Pan. in sua dispu. incip. stante statuto, col. 7. versi. tertium membrū. Sed est melior tex. in. l. sed & si possessor. §. item si iurauero, & ibi Iason. in 9. no. ff. de iureiur. Et ad idem quoq; est text. in. l. eum qui. eo. titu. & in. l. adigere. §. vlti. ff. de iure patro. & in. l. si quis inquilinos. §. vlti. ff. de lega. 1. & in. l. vlti. ff. qui satisda. cog. & in. l. iuris gentium. §. prætor ait. ff. de pactis, & in. d. l. nō dubium. C. de leg. & in. c. si diligenti, de fo. compe. & in. c. quemadmodum, de iureiur. vbi & ipse Pan. in 7. nota. hoc itē no. q̄ iuramentum appositum in contractu recipit omnes cōditiones, & subauditiones, atq; limitationes, quas habet ille cōtractus. Et ita quoq; voluit Oldra. con. 95. ex forma istius, col. vlti. & consi. 231. vt eius de quo quæritur, col. 1. & Specul. titu. de arbitr. §. 1. versicu. arbitrator vero. Baldus, qui & ad hoc illam. l. vltimam dicit singula. in capi. quæ in ecclesiarum, col. 5. versicu. dices tu nonne, de constitu. & ipse Bal. consi. 115. ver

ba dicunt,in fi.li.1. vbi dicit per eam.l. & alia iura,quod si principale fiat caducum,ita quoque iuramentum annihilatur. Angel.consi.315.statuto cauetur.Petr.Ancha.con.330. visis facti narratione,colum.5.ver.ex istis concluditur.Anto.in.c.1.col. 13.versicu.sed dubium est,& ibi etiam Panor.col.9.versi.secũda quæstio,de iudici.Et idem Anto.in.c.quintauallis,col.pen. in prin.de iureiur.& Barba.consi.63.sempiterna,col.pe.versi. præterea faciat,lib.2.& consi.49.clementissimũ deum,col.7. ver.faciat simile quod habetur,lib.4.vbi eam.l.vlti.dicit valde singu.Corne.consi.102.in causa licet videatur,col.1.libr.1. & consi.11.in præsenti consultatione,col.9.ver.insuper, lib.3. & docto.vbique.

35 ℭ † Ex quo & illud proficiscitur,quod pulchre voluit (neque enim id omittendum visum fuit) Inno.in.c.per tuas,colũ.1.in verbo,de obseruando,extra de arbit. quod iuramentum simpliciter præstitum in materia de sui natura alternatiua,debet etiam intelligi alternatiue:vt principale,sup quo interponitur. quod dictum pro sing.& pulchro commendat Panor.in.c.ex parte le.2.col.2. de cleri.non resid.& pro.no.idem Panor.in.d.c.1. col 9.vbi supra,de iudici.

36 ℭ † Qualiter tamen intelligitur quod dictum est,generaliter iuramentum esse intelligendum secundum naturam principalis contractus,& an semper sit verũ,vide per Bart.in.l. si quis pro eo,col.vlt.in.8.membro.ff.de fideiuf.Imo.in.d.c.per tuas, de arbit.& in.d.c.1.& ibi Fran.Aret.& late Philippus Deci. in priore lect.col.11.versic.sexto fallit quod dicitur, & multis seq.per totũ 6.fallen.de iudici.& omn no Alex.in .l. stipulationes non diuiduntur,col.9.versi.non obstat.l.fi.de verb.obli. & cõsi.38.visa petitione Antonii,col.3.ver.non obstat.prædictis,lib.3.quod repetitur consi.137.lib.6.& Iason in.l.si insulã, cha . vlt.in.15.quæst.Bar.ff.eo.ti.& in.l.decem,col.5.versi.primam regulam,eo.tit.& in.l.si conuenerit,col.2.&.3.ff. de iurisdi.omn.iudic.& in.d.l.sed & si possessori.§.item. si iurauero.ff.de iureiur.& in.l.si pecuniam,in prin.col.pen.vel respõde,& seq.ff.de condic.caus.dat.

37 ℭ † Adde & quod stipulatio in alio contractu quam ipsius stipulationis apposita sequitur naturam ipsius contractus.l.cum mo

ta, & ibi Ang. qui eam ad hoc in suo casu dicit sing. col. 2. ver. sed tunc instatur, & Alexan. col. 1. in 4. not. Ias. col. quoq; 1. in 3. no. C. de transa. & l. si stipulatus, in prin. ff. de vsuca. & l. 5. §. conuentionales. ff. de verb. obliga. & l. damni infecti quidam. ff. de dam. infec. & l. 2. §. parui. ff. de priuil. credit. & l. 1. §. bellissime. ff. vt lega. nomi. caue. & l. si legati, iuncta glo. ff. de legat. 1. & voluerunt Angel. Imo. & Alexan. in d. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obligat. Franciscus Aretin. in l. sciendum, col. 4. uersi. 2. hoc limitatur. ff. eodem titu. & Fráciscus Curt. senior. consi. 50. memoriae recolendae, col. 16. versi. 8. adducunt, nume. 86. Ad quod bene facit quod tradit Bart. in l. vlti. per illum textum. ff. de solutio. & in l. cum quis decedés. §. codicillis. ff. de legat. 3. & Bal. in c. 1. ad fi. titu. de vas. qui cótra consti. lothar.

38 ℭ † Adde item quod scribit ipse Bar. in l. si iure, in vlti. q. ff. de lega. 3. ꝙ si non valet testamentum, nec etiam valet clausula cassans & irritans in eo posita, quod & post eum voluit Bal. in l. sancimus, col. 1. versicu. de ista autem clausula. C. de testamen. & Ias. in d. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus, col. 17. vers. 3. facit. ff. de verb. obliga. Et quod idem tradit Bal. l. seruus filii. §. cum qui chirographum. ff. de lega. 1. ꝙ statutum annullás instrumentum ob gabellam nó solutam, intelligitur etiam annullare quácunque obligationem in eo contentam, quem sequitur Roma. consi. 87. in causa vertente inter communitaté, paulo ante fi. Et quod deniq; scribit Alberi. in l. si procurator. ff. de acquir. rerum domini. ꝙ ex contractu nullo quis non tenetur de euictione, quia si non valet expressum, nec tacitum, quod illi accedit, valet.

39 ℭ † Confirmantur & superiora per regulam illam generalé, accessorium sequi naturam sui principalis. c. accessorium, de regul. iur. lib. 6. & ibi concord. adductae a glossa, Dyno, & Ioáne Andrea. Et ita quidem, vt quod statutú est in principali cé setur quoq; statutú in accessorio, per tex. no. in l. 3. §. sed si quid. & ibi Bal. qui id no. ff. de neg. gest. Et facit etiam textus, in l. ét, & ibi Bar. & Bal. C. de iu. dot. & in l. inter socerú. §. cum inter, in fi. ff. de pac. dot. Et cú principalis causa nó subsistit, nec ea quidem quae sequuntur, locum habent. l. cum principalis, & l. ni-

hil dolo.§.cum principalis,de regu.iur.& ibi concord.per gl. & doct. Et facit itē.l.3.§.qui habet.ff.de serui.rusti.prædi. quæ ad hoc solet allegari, q̄ si non ualet actus principalis, nec illud quidem ualet, quod uenit accessorie, & in consequentiam: de quo etiam per glo.& Cyn.in.l.2.ff.de iurisd.omnium iud.& Baldus in.l.& si is.C.de prædi.mino & per Cano.in ca. si diligenti, de foro competen..& in.c.inter dilectos, de fid.instrument.& Antonius in capitu.cum inter, columna prima, de re. iudica.ubi illud notat ex eo, quod data nullitate instrumenti concessionis, cassantur omnia accessoria & consecutiua ad illud instrumentum, & ab ilo originem trahentia, ut non abs re consuluerit Roman. consilio. 448.inquiritur in fine, quod remisso delicto, licet non sit expressa qualitas, ipsius delicti, uidetur tamen remissa qualitas, quæ est accessoria. ad quod etiam allegat.l.in delictis.§.si detracta.ff.de noxa. & l. 4. C.deposi.

40 ℭ † Stante ergo ea opinione, quæ uitiat constitutum, uitiato contractu principali, quæ ut diximus, receptior est. Eam tamen intelliges procedere, cum statim a principio contractus erat nullus: nam tunc omnia inde secuta tanquam ab eo dependentia eiusque accessoria corruunt. Aliud autem est, si ab initio contractus ualuit, sed postea ex consensu partium aut alia quapiam causa annihilatur. Tunc enim quia constitutum semel cxeratum est suum effectum, & eum quidem effectum separatum a contractu, scilicet translationem possessionis, quæ aliud est quam uenditio, donatio, aut alius quiuis contractus. Ideoque non annihilatur hic effectus, ut simili probatur ex his quæ scribunt Bartolus, & alii in.l.filius qui in potestate.ff.de liber.& posthu.

41 ℭ † Et hoc quoque in hoc nostro casu, ne authoritate deficiamur, satis uoluisse uidentur, qui dicunt re uendita & simul tradita per constitutum, non sufficere ad dissolutionem huiusmodi contractus, simplicem consensum partium: nisi & fiat retraditio, saltem per constitutum, quos supra citauimus in prima parte, numero decimonono, fit item ut si uenditor. Ex quo intelligis, quod licet uenditio quæ ab initio ualebat, ex post facto resoluatur, non tamen resoluitur cō-

ſtitutum. Et ad hoc ſententiam ponderat Franc. Aret. qui tamen dicit ſuper hoc cogitandum, in d.l.1.§.ſi vir vxori, col. 2. verſiculo, adde ad prædicta. ff. de acquiren. poſſeſsio. & poſt eum Soci. limitans per hoc principalem limitationem col. etiam. 2. verſiculo, notabis tamen, & Claudi. Aquen. col. quoque. 2. ver. ſed contra hanc, vbi hinc occcaſione ſumpta fecit eam diſtinctionem, quam ſupra diximus.

42 ¶ † Quæ & ex hoc poteſt confirmari, quia alias facilius conſeruatur quod a principio valuit, quam quod ſtatim in principio nullum fuit: potentiuſq; operatur nullitas in principio ad impediendum. quam ex poſt facto ad reſoluendum. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & l. 1. C. de vſu. transfert. & c. quemadmodum, de iureiur. vbi in hanc ſententiam citatur illud Ouidii. in. 5. lib. de triſt. eleg. 7.

Turpius eiicitur, quam non admittitur hoſpes.

Et quod de caſu noſtro loquens tradit Iaſon in. d. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus, col. antepen. ver. quarto facit. ff. de verbo. obliga. Quodq; etiam in ſimili dicitur, facilius vires, quæ ab initio valuerunt, ſed poſtea perierunt, recuperari: quam quæ ab initio non valuerunt, confirmari. l. qui ex liberis. §. ex teſtamento, & ibi Bar. ff. de bono. poſſ. ſecundum tabu. quam in id expendit glo. in. l. ſi tibi teſtamentum, & ibi quoque idem Bart. & Franc. Aret. in. ff. de teſta. ideo Ioan. And. in addi. Specul. eo. titu. de teſta. §. in primis. in addi incip. huic quæſtioni, verſic. occurrit, dicit plus nullitatis habere id quod a principio nõ ſubſiſtit, quam quod ex poſt facto deficit, per. l. poſthumus. ff. de iniuſto teſt. iunct. l. ſi filius. ff. de liber. & poſthu. cũ aliis multis concord. a me collectis in repe. l. ſi vnquam, in verbo, ſuſceperit liberos, numero. 138. a quibus. C. de reuo. donat.

43 ¶ † Hęc ſunt amice lector, quæ ſatis appoſite, ni fallor, adduci poſſunt ad hanc noſtram principalem limitationem. Sed quoniam ſupra in princ. eiuſdem diximus, factum fieri infectũ nõ ſolũ a lege vel homine, ſed nec a deo quidẽ. Illud ſane intelligẽdũ eſt (ut id obiter dicã) ne quis erret, vt ſcilicet lex nõ poſsit facere, quin id factum ſit, quãtũ ad rẽ ipſam, quod ſemel factũ eſt. Poteſt autẽ facere lex vel legiſlator, vt pro nõ

cto habeatur,quautum ad iuris effectum,siue rei ipsius validitatem, vt nostri loquuntur, per text.in.l.iubemus nulli.§.1.in fi.ibi,ea quæ contra legẽ facta sunt, pro infectis habenda sunt. C.de sacr.eccle.& in.d.l.nõ dubiũ,ibi, non solum inutilia, sed etiam pro infectis habeantur,& ibi Bar.col.3.versi.oppo.q͂ secundum hanc,& seq.& Sali.qui id declarat,col.7.ver.& sunt expeditæ.C.de legib.&.l.cum ea.C.de transac.&.l.1.qui pro sua iurisd.&.l.creditor,in fi.C.de do.inter vir.& vxo.&.l.diuo Marco.C.qui manu.nõ pos.&.l.si ex precio.C.si cert.pet. &.l.hac consultissima,in prin.versic.non subscriptum autem. C.de testa.&.l.vlti.ad fin.C.de decuri.lib.10.&.§.1.ibi, ver.si vero minus fuerit,in authen.de nõ ali.re.eccle.ibi, & pro non facto ponit, vbi Accursius supplet.quãtum est de iure, sed factum ipsum infectum fieri non potest, & in.c.1.§.pactiones, titu.de pace Constantiæ.

44 ℭ † Et ne putes id tantum fieri in constitutionibus principum,& imperatorum,qui omnia sibi uel impossibilia facere, licere,& posse putant:habes & similes tex.apud nostros iurisconsultos & alios, licet non adeo frequenter, videlicet in.l.1. §.sed a volentibus,ibi, pro non facto est.ff.de his quæ in testa. delen.& in.l.1.in fi.ff vnde vir vxor,& in.c.imperiali.25.q.2. & in.c.ad nostram,& ibi Philip.Fran.qui id no.in.2.no.ext. de appel & in.c.quæ contra ius,de regu.iur.lib.6.& in clem. 7.ibi,eas haberi volumus pro infectis de immu.eccl.vbi glo. ex eo putat excommunicatum vi consti.illic pro infectis habentur,non egere absolutione. Et hic no.vnũ sing.quod mox dicemus versi.ab hinc.2.

45 ℭ † Sed illud primum dicere voluimus, quod vt lex potest facere,vt factum pro infecto habeatur:sic & e diuerso,vt non factum pro facto,authen.si qua mulier.C.ad.SC.velleia.&.c. is qui fidem,de sponsal.Tametsi facere non potest, vt non factum sit factum, vt supra diximus ex Cicerone. Potest item facere, vt non scriptum pro scripto habeatur.c.cum.M.Ferrariensis,& ibi Bal.qui eum tex.ad hoc dicit singu.col.4.ver. item illud extra de constitu. Sicuti e contrario scriptum pro non scripto, per l.conditiones contra.edict.ff.de condi.inst.& l.quæ in testamento, &.l.quod ad hibitus.C.de his qui sib.ad-

scri.2.l.sancimus,in prin.C.de donat.&l.diui.§.vlt.ff.de iure codicil.&l.ciuitatibus.§. Lucius.ff.de lega.1.&l.si quis mihi bona.§.si quis plane.ff.de acqui.hære.&l.si Titio.§.1.ff.quando dies lega.ced.&d.authen.si mulier.C.ad Velleia.&.§.sed & quod sancitum est in authẽ.de nupt.vbi etiam probatur gestum haberi pro non gesto,quod prope idem est.Item adiectũ pro non adiecto.l.ea quæ ad dandum.ff.de reg.iur.& ibi concord.Traditum pro non tradito.l.si me in vacuã.ff.de acqui.poss.quod admodum huc spectat. nam si lex facit, vt vere traditum pro non tradito habeatur, multo magis facere potest, vt quod vere non traditum est,sed pro tradito habetur (vt est in constituto vel precario,quæ non sunt verę traditiones,vt diximus supra,in prin.1 ampliationis) pro nõ tradito habeatur in contractibus inutilibus. Sic quoq; datũ pro non dato,quod non longe abest a superiore.l.1 ff.de in ius vocan.Non scitum pro scito,cle.1.de conces.prebẽ.vt ex ea no.Frã.Cur.d.cõ.So. & Fely.in.d.c.1.col.7.in.2.ampliat.de constit.& Albert.Bru.cõ.1.circa primum articulũ, col.6.ver.potest enim princeps. Institutũ pro nõ instituto.l.quoties.§.tãtũdẽ.ff.de hæred.inst.

46 ℭ † Ex ea autem cle.1.de immunit.eccle.(vt ad eam redeamus)glo.singu.ibi dicit colligi quanta sit Papalis potestas, circa ea quæ simpliciter sunt de iure positiuo:quia illa,inquit,reuocat,vt extunc.Ex quo & tu poteris notare posse principem facere, vt res factæ habeantur pro infectis, etiam quo ad effectus præteritos. Et ad hoc illam ibi nuncupatim ponderant Paul.Liaz.& Cardi.Flor.qui illam dicit sing.in.7.no.Imo.& Panor.& præterea idem Cardi.in.c.quia diligentia, col.3.ver si.tertio quæro, & ibi Imo.circa medium, versi.dicit tamen, extra de elec.ex quibus intelliges, & id quoq; procedere quo ad præiudicium alterius, Pet.Ancha.in rep.c.1.char.22.ver.2 licet ista sit cõis, & ibi Fely.col.7.ver.amplia.secundo,de consti.& idẽ Ancha.con.143.pro domina Paula, col.vlti.vbi illã glo.dicit no.2 con.225.vr̃ prima facie dicendũ, col.1.in fi.vbi illã quoq; dicit sing.& iterum con.409.viso & diligenter inspecto,col.2.versi.quæ ad nostrũ propositũ,vbi & illam dicit no.idẽ Cardi.Flor.Anto.& Imo.in.c.cæterum, de rescrip.& ipse Imo.in.c.vt nostrũ,in.2.no.& ibi Philip.Fran.de appel.

vbi ipse Imo. dicit, quod licet factum respectu ipsius non possit haberi pro infecto, potest tamen quo ad effectum iuris. quod & nos diximus Panor. in. c. quae in ecclesiarum, col. 1. de constitu. vbi & illam dicit no. & in. c. nulli, in fin. de reb. eccle. alie. vel non. vbi dicit singu. Et rursum in. c. si aliquando, circa medium, & ibi quoq; Fely. qui dicit sing. de senten. excommu. & & idem Panor. in. c. per venerabilem, col. 5. versi. pro concordia dicerem, qui filii sunt legi. vbi etiam dicit sing. & in. c. non debet, in fi. de consan. & affi. vbi & ad hoc allegat glo. in cle. 1. de statu regul. & ipse Panor. in. c. pastoralis. §. verum, colū. 4. de appel. & consi. 84. illud in summa, col. 2. versi. his premissis, lib. 1. vbi & illam glos. dicit singu. & con. 99. illud in praesentiarum, col. 2. versi. tertio, eo. lib. 1. vbi & eam dicit no. Ioan. Cald. con. 12. an si opponatur, tit. de rescrip. Fran. Are. in. l. qui absenti. §. 1. col. vlt. ff. de acqu. poss. Alex. in. l. gallus. §. & quid si tantum, col. antepe. versicu. secundo limitatur. ff. de liber. & posthu. dum citat Cardi. & Imo. in. d. c. quia diligētia, de elec. Barba. in repe. l. cum acutissimi, col. 98. versi. sed reperio. C. de fideicō. vbi eam dicit sing. & in repe. c. testimoniū, col. 25. ver. vnde in integrum, de testib. & con. 13. a Ioue principium, col. 4. ver. quinto si dicamus, lib. 3. & con. 78. illud in medium afferam, tum col. 2. versi. & licet ista, vbi & eam glo. dicit singu. tum col. pe. versic quarto facit, eo. lib. 3. Fran. Curti. senior, qui & eam dicit sing. con. 50. memoriae recolendae, col. 19. versic. cum maxime, nu. 108. & iterum char. pe. in fin. responsionis. 11. arg. & con. 66. super praemissa narratione, col. 7. versi. princeps enim. Fely. in. c. vlt. col. 4. versi. comprehenduntur tamē, de constitu. vbi hoc late examinat, & ibi post eum Philip. Dec. col. 3. ver. secundo limitatur. Ias. in. d. l. 1. §. si vir vxori, col. 1. i. 2. lec. ff. de acq. poss. Phil. Dec. in. c. 1. in. 6. no. in. 1. lec. de iud.

47 ℭ † Licet quantum ad id quod diximus in prin. ver. praecedentis de praeiudicio alterius, ne illud aliter intactū relinq; contrarium tenuit Card. Flor. sibi ex diametro contrarius in. c. ad petitionem, col. 4. in. 5. opposi de accusa. nempe eam clausulam haberi pro infectis non habere locum in praeiudicium alterius, cui ius interim quaesitum est. Et secūdum id intelligit illā glo. in. d. cle. 1. de immu. eccle. quam & ipse dicit singu. eumque se-

quitur Io. Ana.ibi, in vlt.no. Super quo Philipp.Deci.in.d.c. vlti.de constit.& con.252.agitur causa, colũ.vlti.dicit id posse habere locum in iure quæsito alteri ex iure gentium, quod a principe tolli non potest sine causa, vt not.Cano.in.c.quæ in ecclesiarum,de constit.& Bar.in.l.vlti.C.si cont.ius.vel vtili. publi.cum si.Secus in iure quæsito ex iure ciuili, vt dominiũ quęsitum ex pręscriptione, vel sententia ꝙ a principe sine causa tolli potest, Bal.in vl.col.2.ver.sed immediate opponitur. C.senten.rescin.non posse, Angel.in l.Lucius.ff.de euic.Paul. Ca.in.l 3.col.1.ff.de testamen.& in.l.cum hęredes,in prin.ff. de acqui.possess.Alex.con.2.visis codicillis,colũ.6 ver.plus dicit lib.1.Hæc Dec.& ante illum idem voluit Cald.quem postea cita.dicto consilio.12.ansioppo.vbi expresse ita illam glo. intelligit.

48 ❡ † Porro Bal.in.c.præterea,col vlt.ver.sed contra hoc op ponitur,de dilat.omnino negat factas causas pro infectis haberi posse,aut veritatē ita obũbrari,quin ita sit factũ, vt factũ est. tamen posse fingi contrariũ:ita vt ex huiusmodi fictione oriatur vtile remedium,per.d.§.factę, &.l.cum a matribus.C.qui pet.tuto. Idem autem Bal.in.d.l.non dubium,col.5.in.4.oppo.C.de legi.negat etiam post Pet.factum pro infecto haberi posse,sed ex eo non resultare vim & effectum ad commodum eius qui facit,sed bene ad eius incommodum,vt scilicet ex eo puniatur.l.eum qui duas.C.de adulter.&.l.si reo.§.quod vulgo.ff.de fideiuss.&.l.bona fides.ff.deposi.Cui adde quãtum ad id quæ nos latius diximus in trac.retractuum,ti.1.§.1.in glo. 2.in verbo,a vendu,nu.8.quanquam, & iterũ latius in.§.26. in glo.2.nu.8.& facit etiam. Subiungit autem Bal.vt ad eum redeamus,Bar.dicere aliquid haberi pro infecto esse quãdam fictionem,vnde licet quatenus ęquum est,vt contra habeatur pro facto non fingitur infectum:quia fictio debet esse equa & rationabilis.Equum est autem,vt habeatur pro infecto,quantum ad ipsius commodum qui fecit, vt scilicet nullum ex eo commodum consequatur:sed pœnam tamen non effugiet,qui id cõtra leges facit.Tandē vero concludit ꝓhibita haberi pro infectis, quantũ ad firmitatē & robur ipsoꝝ, p.d.l.non dubiũ, sed nõ quantũ ad eius punitionem, qui fecit.qđ in idē recidit.

49 ¶ † Deniq; quia supra tractauimus an ex inutili contractu transferatur possess. præsertim constitutitia. siue precaria. Si quis etiā nosse desiderat, an ex huiusmodi contractu transferat dominium, adeat. l. multum, & ibi glo. & Albe. C. si quis alte. vel sibi, &. l. contractus. C. de fid. instrum. Bar. in. d. l. 1. §. si vir vxori, in fi. & ibi latius Alex. col. 3. versi. iuxta proxime dicta. ff. de acqui. poss. & eundem Bar. & latius Bal. in. l. eleganter, in fi. ff. de dolo mal. ipsum Bar. in. d. l. non dubium, col. vlti. ver. modo oppo. & ibi quoq; Bald. col. 6. ver. vlterius oppo. decimo, & Ias. col. pe. ver. in. 2. & . 3. parte. C. de legib. eundem Bal. in. l. 1. col. 1. in. 3. no. C. de suffra. Alex. in. l. si rem aliquam. ff. de acqui. possess. Corne. con. 203. viso dicto puncto, col. 3. ver. non obstat secundum, & tribus sequ. lib. 3. & con. 263. in causa vertente inter capitulum, ad fi. eo. lib. 3.

VIII. LIMITATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum appositum in contractu simulato, non transfert possessionem.*

2 *Constitutum in contractu simulato appositum, simulatum quoque præsumitur.*

3 *Possessio nō transfertur ex simulato contractu, etiam cū reali traditione, nisi uere actum sit ut transferatur. nu. 4.*

Quod tamen non procedit in precario. nu. 5.

6 *Quid autem si species uel nomen cōtractus est simulatum, tum aliquis alius contractus uere fit.*

1 LIMITA OCTAVO, † vt constitutum vel precarium transferat possessionem, cum apponitur super contractu vero. Secus si super simulato: nam tunc nullius est momenti, vt expresse uoluit Bald. in. l. emptione, in ult. quæsti. & ibi quoq; Saly. colum. 2. uersi. ulterius quæro. C. plus uale. quod agi. &

idem Bal.in.l.1.col.1.versi.sed quæ est ratio. C.de suffragi. vbi idem dicit, si sit suspicio simulationis, de quo dicemus in seq.limitati.& Roma.in.l.1.§.si vir vxori, post prin.versi.item & secundo,& ibi etiam Alex.col.3.versic.insuper potest,Franc. Aret.col.2.versi.super hoc tamen.ff.de acquir.possess. Angel. Are.in.§.1.col.24.ver.sed indubitatum est,inst.de except.Maria.con.65.circa primam quæstionem,col.pe.versi.& ideo licet,& eius filius Soci.qui nullum illorum allegat, con.61.circa primum dubium,col.vlt.lib.4.& Barb.con.28.a Ioue principium,col.4.& si dicatur amice, lib.3.Iason in.l.si is qui pro emptore,col.antep.versicu.ego alias legendo.ff.de vsucap.& Matthę.Afflic.deci.Neap.40.casus est iste,col.pe.versi.prætere a hic nullum est.Philip.Dec.in.l.contractus,col.5.versic.secundo ista conclusio.ff.de regu.iur.& Paul.Pari.con.55.contractus,col.3.nu.22.& seq.lib.1.

2 ℭ † Quod ita intellige, vt in simili dicam in seq.limitatione, vt scilicet si contractus est simulatus, ita quoq; in dubio pręsumitur constitutum vel precarium simulatum:ideoq; nec ex eo transferatur possessio,secũdum Bal.in.l.1.col.1.C.de suffrag.& con.268.super primo puncto, circa medium, lib.5.Saly.in d.l.ab emptione.C.plus vale.& Rom.cõ.171.pro decisione,& con.246.clarissime assessor,col.1.Barb.con.28.scripsit bellissime,col.5. versi.& si diceremus,li.1.Iason in.l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus,col.antepe.versi.sexto quando contractus.ff.de verbo.obli. Nam si principalis contractus est simulatus, ita quælibet clausula in eo apposita censetur esse simulata, vt diximus supra in præced.limitatio.nume.32.nam & quod.

3 ℭ † Nec id quidem tantum in huiuscemodi ficta traditione, de qua nunc loquimur,sed & in vera quoq;.Nam & ea in dubio præsumitur simulata, si principalis contractus est simulatus,nec ex ea transfertur possessio, vt tradit Bart.in.l.emptor.ff.de aqua pluui.arc.l.cum propria.C.si quis alter. vel sibi.& Bal.in.c.1.§.callidis,col.1.versic.quæro vtrum ex contractu, tit.de prohi.feud.alie.per fede.Imo.in.d.l.1.§.si vir vxori,circa medium,& ibi item Roma.& Alexan.col.3.ver.& in dubio,& Fran.Are.col.3.ver.dicit etiam.ff.de acquir.possess.per tex.quē ipse Rom.dicit ad hoc sing.in.d.l. emptor.& idē Imo

In.c.ad nostram,in fi.ext.de empt.& vend.Rom.in.l.si sub specie col.11.versi.circa primum.C.de postul.Angel.Are.in.d.§. 1.col.24.versic.an autem transferatur,Insti.de excepti.Barb. qui alios multos allegat,consi.6.illud in mediũ,col.antep.ver. est opus videre nunc,lib.4.vbi dicit de hoc esse expressum casum in.d.l.emptor.& consi.17.clementissimi, colũ.vlt. lib.4. vbi ad hoc dicit illum tex.valde sing.cum aliis concord.adductis ab Alex.in additi.Bar.in.d.l.emptor.Et ad id quoq; Fran. Are.in.d.§.si vir vxori,citat,tex.in.l.doli,versi.diuersum.ff.de nouati.&.l.vlt.§.item quæsitum,& quod ibi no.Bar.ff.de condicti.indebi.Et ita potes intelligere Ang.simpliciter tenentem ex contractu simulato non transferri possessionem, in.d.§.si vir vxori, & iterum in.l.si donatione, circa medium.C.de collati. & vbiq; allegat ad id tex.quẽ dicit sing.in.d.l.emptor.

4 ℭ † Verum si illud vere actum sit, vt possessio trãsferatur ex huiusmodi contractu simulato, ea certe transferetur ex reali traditione,quæ causam aut titulũ non requirit, per.d.l.1.§.si vir vxori,& voluit expresse in hoc casu Alex.ibi,col.3.versi.2 in dubio,& ibi item Fran.Are.vbi supra.& ante eos Bart. in d.l.emptor:& præterea in.l.quemadmodum, colũ.1.in.2.no. C.de agri.& censit.lib.11.& Bal.in.d.§.callidis.& in.d.l.emptione,in vlt.quæstione,& ibi quoq; Saly.C.plus vale.& Roma.in.d.l.si sub specie,quo loco supra citauimus.

5 ℭ † Nec abs re dixi,ex reali traditione possessionem transferri in huiusmodi contractibus, si id actum est. Nam id non videretur procedere in precario:quia cum simulate uendens vel donans remaneat dominus, cum ab eo non abeat dominiũ ex contractu simulato, consequens est vt non teneat precariũ rei suæ.l.pignus.ff.de reg.iur.Et ita voluit Bal.in.d.l.emptione,in vlt.quæst.& Roma.in.d.§.si vir vxori, & in.d.l.si sub specie. & Ang.Aret.in.d.§ 1.vbi supra de excepti.Qua etiam ratione diximus supra in præcedenti limitati. versi.13.ex quibus illud, & per totam prope eam limita. ex contractu nullo non transferri possessionem ex precario.

6 ℭ † Sed hæc omnia velim intelligas, cum & contractus simulatus est,& causa illius: id est, cum ita fit contractus simulate, vt nihil omnino agatur: nec contractus quidem quem

se dicunt contrahentes facere, nec alius. tunc enim sumus in casu. 6. limitationis, cum scilicet nulla causa intercedit. Secus autem si causa uel species contractus est simulata, & non quiuis contractus: uidelicet si simulo tibi uendere, cum tamen uere non uendo, sed dono, aut aliter vnam causam vel speciem contrahendi fingimus pro alia. Nam transfertur possessio ex illa vera causa, quã facere intẽdimus, si vera causa operatur trãslationem dominii, quia illa inspicienda est, per. d. l. emptione, & l. ex precio. C. si cert. petat. Et ita expressim voluit Saly. in. d. l. emptione, paulo ante fi. Alexan. in. l. si donatione, col. 6. versi. nõ obstat ratio. C. de collat. Clau. Aquen. in. d. §. si vir vxori, col. pe. ver. vltimo limit. Et idem quoq; tenere videtur Hier. Gra. qui illos non allegat. con. 117. videtur prima facie, col. 1. lib. 1. cum scribit ꝙ si simulatio fit ad bonum finem, non impeditur translatio possessionis, quæ fit per constitutum.

IX. LIMITATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum an operatur ubi est præsumptio fraudis uel simulationis, & numer. 2. 5. 6. & 7.*

3 *Conductio an faciat cessare præsumptionem fraudis aut simulationis, quæ oritur ꝙ alienans in possessione remaneat. & nume. 4.*

8 *Precarium nõ excludit præsumptionem simulationis inter personas coniunctas.*

9 *Precarium simulationem non excludit, quando precium non fuit uere solutum, sed tantum confessatum.*

10 *Vsus fructus retentio an faciat cessare præsumptionem fraudis uel simulationis, quæ ex eo oritur, quòd alienans manet in possessione. & num. 11. 12. 13. & 14.*

1 LIMITA NONO, † veluti ex consequentia præcedentis limitationis, vt constitutum vel precarium non ita operetur, sicuti

ficuti vera traditio,si quando est præsumptio fraudis vel simulationis,nec per ipsum vitetur suspitio ipsius fraudis, quæ ex eo insurgit, ꝙ alienans remanet in possessione rei,per tex.in l.1.& ibi Bald.qui id no.dicit in.2.no.C.de suffrag. Nam illud omnes faciunt,præsumi fraudem & simulationem ob id, quod post alienationem possessio rei alienatæ remanet apud alienantem.l.ficut.§.superuacuũ,& ibi Bar. & alii.ff.qui.mo. pig.vel hipo.solui.& voluerunt omnes vbiq;. At huiusmodi præsumptio non effugitur ex eo,ꝙ alienans constituit se simpliciter vel precario possidere nomine eius, cui vendidit aut donauit,si nihilominus remanet in vera & reali possessione, vt expressim voluit Bart.in.d.§.superuacuum, ad fi. vbi declarat,quantum tempus in id requiratur, & ibi etiam Raph. Fulgo.

2 ¶†Et idem quoq; voluit ipse Bar.in.l.post contractum, col. 2.in fi.cum seq.& ibi Ro.col.3.versicul.quarto,adde inquantum.ff.de donati.Bal.in.l.emptione,versi.quæro qualiter probetur simulatio, & ibi etiam Saly.col.2.versic.quæro an per tertium.C.plus valere.idem Bal.in.l.& qui sub imagine, post princ.& ibi Ang.C.de distract.pigno.ipse Bal.in.l.1. per illũ tex.C.de donati.ante nupti.& consi.268.super primo puncto, circa medium,lib.5.& iterum con.311.in quæstione Galuagini,col.2.ver.3.arguitur,eo.lib.5.& in addi.Specul.tit.de allegati.& disputa.versic.præsumitur fraus, Saly.in.d.l.1.col.2. versi.& potest esse ratio.C.de suffrag. Pet. Anca.con.257.si prædicta sententia,col.2.ver.item ficta venditio.Imo.in.c.illo vos,col.pen.versic.aduerte secundum eum,de pigno.Raphae. Fulgo. consil.42. Trauersius habens Martinum,in.1.dubio. Paul. Cast. consil.74.in causa mota per dominam Dorotheam,col.3.versicul. secunda coniectura,li.2.& iterum con. 139.super isto puncto occurrunt tria,col. penult. versicul. & pro hoc benefacit,eo.lib.2.dum allegat Bar.in locis supra citatis,& idem Paul. consil. 465. videtur dicendum ꝙ secundus emptor,paulo ante medium,eo.lib.2. Alexand. con. 57. visa breui casus narratione,circa medium,lib.5. Ambro.Vignain tractatu vsurarum, quem posuit super. c. salubriter. char.8.versic.undecimum argumentum,de vsur.Corn.consi.

121.duo obiiciũtur col.vlt.versi. nec obstat clausula precarii, lib.2.vbi nullum antiquiorem ad hoc allegat,& consil. 137. licet multas,ad fi.li.3.& consi.205.in præsenti consultatione, col.2.versi.nec videtur obstare,eo.li.3.Vital.Camba.in tracta tu clausularum, in clauf.constituti,in fi.Iason.in. l. Titia, in princ.col.vl.ff.de verbo.oblig.& con.36.factum sic se habet, de anno.col.3.versi.pro eadem parte,li.1. vbi refert in id esse expressum statutum Placiæ..Carol.Ru. con.64.viso proces su satis verboso.col.2.num.2 lib.4.Philip. Deci. in.l.contra-ctus,col.6.ver.secundo ista cõclusio.ff.de reg.iur. Mar.Man. con.250.viso processu mihi trasmisso,col.1.in fi.

3 ¶Nam & cum conductio eandem vim transferendæ posses-sionis habeat,quam habet constitutum,vel precarium:nempe cum conducens rem quam vendidit, censeatur constituere se posside re nomine emptoris: quemadmodum constituẽs,no-mine constitutarii.rogans præcario, rogati, per. l. quædam mulier.ff.de rei vend.&. l.interdum.§.vlt.&.l. si aliquam rẽ. ff.de acqui.possess.cum si.quas nostri vbiq; allegant pro con-stituto vel precario,licet de conductione loquãtur:tanquam idem ius sit de vtrisque,quantum ad translationem possessio-nis.Ideoq; & idem de ipsa conductione, vt non faciat cessare eam præsumptionem fraudis, de qua loquimur, sed potius eam augeat, imo uero & sola sufficiat ad eam præsumptio-nem,voluit Card.Florẽ.in.d.c.illo vos,col.1.versi.est & alia, de pigno.de quo & tu vide Cepolam in tractatu de simulati. contractuum,in.1.&.2.casu, iterumq; in. 12. præsumpti one. quod tamen intellige secundum ea quæ de retentione vsu fru ctus dicemus infra nu.10.illud autem,&.4.seq.

4 ¶†Contrariũ tamen expresse, vt scilicet constitutum faciat cessare illam fraudis vel simulationis præsumptionem siue su spitionem ex eo ortam,ꝙ alienans mansit in possessione, ex facto respondit Bar.secum palam pugnans,con.65.Petrus Ni colæ,col.vl.Nisi,inquit, subsit alia causa præsumendæ frau-dis,vti est in casu d.l.1.C.de suffra.& rursum idẽ Bar.con.81. Martinus Fornic.col.1.iterũq; ante fi.& idẽ quoq; voluit Bal. sibi itẽ cõtrarius in.l.illud,col.vl.in.7.quæst.C.de sacro.eccle. vbi dicit ꝙ per possessionem præcariam excluditur præsum-

ptio simulationis, quæ procedit ex eo ꝙ venditor remansit in possessione rei venditæ: sed non excluditur præsumptio fraudis & simulationis simul iunctæ, nec quicquā præterea dicit.

5 ☙ † At idem clarius in.l.1.col.2.versi.ex hoc patet.C.de donati.ante nuptias, dicit, ꝙ constitutum & precarium tollunt illam, quam iam sæpius diximus, fraudis præsumptionem: quia ea præsumptio tum demum tantum habet locum quando is qui alienauit, possidet non mutata causa possessionis. Quod si ea causa mutata fuerit, vt mutatur, cum interuenit precarium vel constitutum, non præsumitur simulatio.l.si tibi pecuniam. ff.si cert.pet. Nisi, inquit, primum, id vergeret in fraudem fisci vel creditorum, per tex.in.d.§.superuacuū, quem ad hoc not. dicit. Aut etiā nisi fieret inter personas ꝓhibitas.l.qui testamētū.ff.de probati.id qđ ipse Bald.dicit notandū. Et hoc vltimū etiā tradit idē Bal.in.d.l.1.ver.sed quæ est ratio.C.de suffrag. & Ange.in.d.§.superuacuū, col.1. ver. fallit quando talis. & Pau.Ca.con.173.præsuppositis his de quibus supra, post medium, libr.2.& uide etiam quæ dicam infra in.25.limitatione.

6 ☙ † Et quod constitutum siue precarium simpliciter faciant cessare hanc præsumptionē fraudis de qua loquimur, tenent ultra ꝑdictos in illis locis, ipse Ang.nō obscure cō.166.quędā mulier, in fi.iunctis ꝑcedentibus. sed clarius cō.273.nunc ꝓsupponitur, in fi. Rap. Fulgo.cō.41.ad primū quęsitū, col.1.uer.illud etiam ꝙ sola.Pau.Ca.con.161.non est dubiū ꝙ dicta donatio, in fi.li.2.Rom.cōn.5.uiso puncto, ante fi.& con.246.clarissime assessor, col.1.ubi tñ declarat, nisi essent aliæ coniecturæ ꝗ̄ ex continuata possessione.quod in idem recidit quod supra ex aliis diximus in præced.uersic.Cepol.in tractatu de simulati.contractuum, in.24.præsumptione. Alexan.con.28.in causa & lite uertente, colū.3.uersi.modo sic, libr.5.ubi omnino sequitur Bal.in.d.l.1.C.de donati.ante nupt.& Cepolla in tractatu de simulatione contractuum, in.24.præsumpti.

7 ☙ † Et in eadem quoq; opinio.fuerunt D.a Rota.decis.484. extra rotam, col.ult.in nouis, dicentes per constitutum excludi hanc de qua loquimur, præsumptionem, nisi alia causa prę sumendæ simulationis insit.quo casu, inquiunt, requiritur corporalis traditio, per.d.l.1.de suffrag.quod & idem omnino

dicit Bellame.deci.716.non per hoc solum, ante fi. & Franc. Are.con.65.in præsenti consultatione, col.4.versicu.secundo probatur. & Soci.consi.264.visis in instrumento donationis, col.2.versiculo,sed dicet quispiam, & seq.lib.2.Carol.Rui.cõ si.119.primo per ordinem, col.vlt.li.1.vbi post alios id ita declarat, ꝙ quando sola simulatio deducitur, constitutum tollit suspicionẽ simulationis. Sed vbi simulatio & fraus cõtra tertiũ simul deducuntur, tunc constitutum non sufficit. & nouissime Pau.Prisi consi.77.in præsenti,col.1.lib.2.& Matthę.Afflic, in.c.1.col.6.versiculo,fallit primo,& iterum versiculo, tertio fallit,rursumque col.21.versiculo.,sed quid si probatur,titu.de feud.dat.in vic.leg.commiss.

8 ¶ † Quo in genere illud mihi dicendum esse videtur, quod ab eodem Matth. Affli.scriptum est in illo eodem.c.1.col.etiã 6.versi.& inquantũ supra, ꝙ constitutum vel precarium non excludit præsumptionem simulationis inter personas coniunctas,per.l.data.C.de donati.&.l.nihil,quæ est pen.in illis verbis, faciliorq; suspitio.ff.de bo.liber. Ex quibus.ll.trahunt nostri.doc.vnam fraudis & simulationis præsumptionem, quando fit donatio coniunctæ personæ, & inter hos Dyn.& post eum Bart.in.d.l.post contractum,col.2.versicu.secunda præsumptio.ff.de donati.vbi posteriorem.l.dicit multum not.& ex ea colligi,necesse esse,vt præcedat causa propter quam pręsumatur fraus.alias sola coniũctio non sufficeret.l.si quis post hac,versic.quis.C.de bo.dam.Tu autem de ista præsumptione fraudis vide Imo. & Roma.in.d.l.post contractum,illum, col.1.ver.item adde secundo:hunc,col.2.versic.adde tertio inquantum,& ibi quoq; late Paul.Pic.in.repe.col.11.versi.circa secundam præsumptionem. & Rapha.Co.consil.155. Antognolus,col.2.versi.hoc etiam coadiuuat.

9 ¶ † Addit autem Matthæ.vbi supra,versic.item precarium non habet, precarium quoq; non excludere præsumptionem simulationis,quando preciũ venditionis vere & realiter non est solutum,sed tantum venditor confitetur se recepisse. Nam facilius inquit, eliditur confessio, quam naturalis solutio.l. ab Anastasio, &.l. per diuersas. C. manda. & quod nota. gloss.in.l. assiduis. C. qui poti. in pignor. habe. & alia, quæ

ibi allegat, Cui tu adde multa a me in eam rem collecta, vt ostendam confessionem de recepto non tantum habere viriũ, q̃ veram ipsam numerationem, in tractatu Retractuum, tit. 1. glo. 18. in verbo, Le pris que la chose aura couste, in. 12. quæstio. quæ est in nu. 78. & multis seq. & tit. 2. §. 4. gl. 6. in verbo, consigner, nu. 8. sed in hac tractatione, cum multis seq.

10 ℭ † Illud autem non prætermittendum est, ꝙ & si inter nostros non conueniat, an constitutum vel precarium tollat hanc præsumptionem, aliis simpliciter id negantibus, aliis itẽ simpliciter contrarium adfirmantibus, aliis distinguentibus, vt patet ex his quæ diximus. Tamen in hoc propemodum conueniunt, vt retentio vsusfructus id efficiat: & ex his nonnulli, qui negabant constitutum vel precarium sufficere. scilicet Bar. to. in. d. l. sicut. §. superuacuum, ad fin. ff. de quib. mod. pign. vel hypo. solui. & in. d. l. post contractum, col. 3. ver. prædicta vera. ff. de dona. & vtrobiq; per. l. quisquis. C. de donat. & Paul. Ca. con. 21. ad primum quæsitum, ad fi. 1. dubii. lib. 2. & d. con. 116. in fin. eod. libr. 2. Cepolla in dic. 24. præsumpti. Et Vital. Camb. in. d. clausu. constituti, in fin. & Pau. pic. in. d. repe. dicta l. post contractum, col. 12 versi. secundo limita.

11 ℭ † Quod fortasse mirum posset videri, quia vti per retentionem vsufructus transfertur possessio, per. d. l. quisquis, ita per constitutum, vt diximus supra in prin. huius tractatus, & vbiq;. Et quod plus est per retentionem vsufructus transfertur tantum ciuilis possessio naturalis autem remanet apud eum qui ipsum vsufructum retinet. l. naturaliter, ĩ prin. ff. de acqui. possess. not. glo. in. l. 1. in prin. in verbo, animo, ⁊ ibi omnes eo. ti. & omnes vbiq;. Per constitutum autem simplex, vtraq; trãsfertur & ciuilis & naturalis, vt diximus etiam in. 1. parte nu. 4. illud autem. Ex quo posset videri ipsum simplex constitutũ plus habere virium ad trãsferendam integram possessionem, q̃ retentionem vsusfructus.

12 ℭ † Imo vero non ob aliud per hanc retentionem transfertur possessio, quã ꝙ in ea retẽtione tacite videtur inesse ipsum constitutũ, vt tradit Rap. Co. in. l. quod meo, col. 2. ver. est etiã alius. ff. de acquir. possess. & satis innuit glos. in. d. l. quisquis, & alii ibi, dum dicunt ꝙ retinendo vsumfructum videtur reco-

gnoscere se possidere nomine alteri*, & allegāt.d.gl.& plerique ex illis.d.l.quod meo, & .d.l.quædam mulier, de rei vendic. quæ allegari solent pro constituto.

13 ℭ † Verum id minime mirum videri debet, quia qui vendit, vel donat, vel permutat, aut aliter alienat retento vsufructu, satis declarat velle se vti frui rei venditæ fructibus, & reditu rei alienatæ, tantisper dum ipse viuet, aut aliud aliquod tempus: nec aliter se vendi turum aut alienatum, vt in simili dicitur in.l.vlti.C.de pact.inter empto.& vendi. Atque ita apparet de iusta causa detinendi vel etiam naturaliter possidendi rem ipsam post eam alienationem a se factam. Ideoque id trahi nec debet nec potest ad suspicionem fraudis vel simulationis, vti in constituto. præsertim cum diutius emptor vel donatarius relinquit fructuum perceptionem ipsi uenditori vel donanti, contra legis præsumptionem.l.cum de indebito.ff.de probati. maxime vero si nulla alia subest causa, cur id factum sit. Et istā propemodum rationem reddit Paul.pic.in repe.d.l.post contractum, vbi supra.

14 ℭ † Nec tamen sum in ea sententia, vt hæc retentio vsusfructus omnino arceat eam suspicionem siue præsumptionem simulationis & fraudis, si aliæ concurrerent coniecturæ, quæ fraudem & simulationem præsumi facerent: quin id haberet aliquid momenti & adminiculi in eam rem, vt & conductio, de qua supra diximus in hac limita. numer.3.nam & cum, quæ quidem conductio tametsi prima fronte ostendit iustam causam rem detinendi, vt vsusfructus retentio: non tamen omnino tollit hanc præsumptionem: quin si iungatur aliis coniecturis, faciat eius rei adminiculum. quod & satis colligi potest ex Bald.in.l.1.col.1.versic.sed quæ est ratio.C.de suffrag.& secundum hoc intelligimus quod diximus in illo eodem ver. Licet non tantum suspicionis habeat, ac constitutum. quod totum arbitrio iudicis relinquimus, vt & in simili, scilicet respectu temporis eius rei, dicit Bar.in.§.superuacuum, colum. vlti. versiculo, sed hic quæro quanto. & in.d.l.post contractum, colum.3.versi.sed quanto tempore.

X. LIMITATIO.

SVMMARIVM.

1 *Accipere uerbum realem traditionem denotat.*

1 LIMITA DECIMO,† vt non procedat, quando lex vtitur verbo, accipiendi, quia tunc non sufficit constitutum vel precarium, sed necessario requiritur corporalis traditio, veluti eius verbi ea sit significatio & natura, vt voluit Barto.in.l. Titia, col.2.versic.quid si do tibi.ff.de verbor.obliga.dicens q cum.l.vlt.C.de sponsal.vtatur hoc verbo, accepit, non satis esset interuenire constitutum, per no.in.§.item lapilli, Institu.de rer.diuis.dicitq; facere.d.l.1.C.de suffrag.Et quod in casu illius l.vlt.requiratur vera traditio, ita vt non sufficiat confessio, tenet Bal.post alios, in ea ipsa.l.vlt.col.2.& in.l.deo nobis, colũ.2.in.5.no.C.de epi.& cleri.quem tamen ibi vide, atq; etiam quod dicam in sequen.limita.atq; iterum in.26.limita.versiculo.8.eodemque vltim.

XI. LIMITATIO.

SVMMARIVM

1 *Constitutum an quoque sufficiat ubi constitutio loquitur de reali uel corporali traditione.*

1 EX HOC AVTEM, † poteris facere aliam & quidem generaliorem limitationem, videlicet vt non sufficiat constitutum ad tradendam possessionem, vbi lex nuncupatim exigit veram & corporalem traditionem, aut vtitur his verbis huiusmodi corporalem traditionem ex eorum natura importantibus. Nam & id ita generaliter tradit Philipp. Deci.in.l.

contractus,columna.5.versicu.& hoc fallit.ff.de regul.iur.per id quod voluit Bart.in.d.l.Titia,de verbo.obliga.& Matthæ. Afflic.in.c.1.col.3.versi.posset tamen saluari, titu.quid sit in ue.vbi de hoc dicit esse casum singul.in.d.l.1.C.de suffra. Sed tu tamen super his cogita.Nam.d.l.vlti.de sponsal.qua maxime innitũtur doc.est pœnalis, ideoq; ob id,etiam si nihil aliud esset,requireretur realis traditio,nec ficta sufficeret, secundum ea quæ dicam inferius in.26.limita. vbi tamen videbis, an id verum sit.Et hoc erit pro vndecima limita.

XII. LIMITA.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum an operetur traditionem,cum res est apud cõstitutarium ignorante constituente.& nu.2.&.3.*

1 LIMITA IGITVR DVODECIMO, †vt constitutum non operetur traditionem,si res de qua agitur sit apud emptorem,ignorãte tamen venditore, qui se constituit posidere nomine ipsius emptoris.Nam tunc nec per constitutum,nec per alium actum fictum transfertur possessio : sicuti fieret, si venditor id sciret,per glo.not.in.l.hæc si res,& ibi Bar.qui eam dicit no.& Ange.qui hoc tribuit duplici fictioni.ff.de rei vendicatione,& aliam glo.in.l.quædam mulier, eo.tit.Bal.in.l.Celsus,col 3.versic.circa istam glo.ff.de vsucapio.& rursum in.l. cum solus,col.2.ver.secundo casu,eo.tit. Imo.in.l.2.ff.de vsucap pro empto.Rom.qui glo.posteriorem dicit vnicam,in.l. certi condictio.§.deposui.col.1.& ibi Fran. Are.col.vlt.versi. & adde ad secundum, & Iason col.2.versi.nota ergo ex prædictis.ff.si certum petat.inter quos ipse Iason dicit de hoc esse tex.in.l.2.in fi.C.de acquir.posses.& rursum idem Fran. Are. qui & illam priorem glos.dicit singul.in.d.l.quod meo, col.1. versi.secundus est.ff.eo.titu.& Iacob.a.S.Georgio,in.l.ab emptione,col.3.versi.adde quod nihilominus.ff.de pactis.

2 ¶ † Sed posset videri id nihil vtilitatis afferre posse. Nã cum quid donatur aut venditur ei qui rem donatam aut venditam habet apud se, non necessaria est alia traditio aut vera, aut ficta ad transferẽdam possessionẽ: cum hoc ipso ꝙ res est apud se, incipit posidere ex hoc contractu venditionis aut donationis .l.qua ratione.§.interdũ.ff.de acqui.rer.dom.&.§.interdum, Instit.de rerum diuisio. Nisi etiam dicas & hoc quoq; casu requiri domini scientiã. Nã illi tex.loquũtur de eo, qui rẽ ante detinebat ex commodato, locato, vel deposito, ab ipso eodem prius facto qui postea vendit: & ita non ignorabat rem apud illum esse. & glo.in posteriore loco videtur eum text.intelligere secundum.d.l.hæc si res, quam ipse allegat.

3 ¶ † Imo vero videtur aliter & id quidem clarissime probari ex illis tex. venditorem siue donatorem aut etiam aliter alienantem (nihil enim in hoc casu refert) scire rem esse apud emptorem vel donatarium aut alium, cui ea res ceditur, cum dicunt primum quidem, nudam voluntatem ipsius sufficere, quę quidem voluntas præsupponit scientiam: nec enim velle quis videtur, quod ipse nescit. Deinde cum dicitur, ꝙ eo ipso ꝙ venditor patitur rem apud illum esse, præsupponitur & eũ quoq; scire, nam patientia includit scientiam.l.pe.ff.de seruit. &.l.2, & ibi not.C.eo.tit.&.l.3.§.dare.ff.de vsuf.

X I I I. L I M I T A.

S V M M A R I V M.

1 *Procurator uendens ac constituens possidere nomine emptoris an transferat possessionem. & nu.2.*
Et quid si ad id habeat speciale mandatum nu.6.& 7.
2 *Antecedens ad se trahit consequens.*
3 *Vendendi uerbum intelligitur cum effectu.*
4 *Curia parlamenti lites dijudicat ex bono & æquo.*
5 *Procurator si rem quempiam uendidit cum clausula con-*

stituti, & postea dominus alteri uendidit et tradidit uter eorum emptorum præfertur.

7 *Clausula constituti subintelligitur in instrumento apposita, licet apposita non fuerit.*

8 *Procurator simpliciter constitutus censetur habere mandatum ad ea facienda quæ sunt de consuetudine.*

9 *Constitutum procuratoris habentis generale mandatum cum libera transfert possessionem.*

10 *Procurator simplex mandatum habens, potest per constitutum possessionem transferre.*

11 *Constitutum procuratoris agentis nomine proprio præsente & consentiente domino, non transfert possessionem. & nume. 12.*

1 LIMIA DECIMOTERTIO,† ut constitutũ vel precariũ transferat possessionem, quando dominus possidens facit constitutum siue precarium: secus si eius procurator simpliciter constitutus ad vendendum id faceret. nam non posset trãsferre possessionem per huiusmodi constitutum aut alium actũ fictum, Bar. in l. 1. in prin. col. pe. ver. quæro pone ꝙ tutor, & ibi Imo. ad fi. Ro. col. pe. ver. vlterius inquantum, Fran. Aret. in fi. Alex. qui hoc dicit plusꝗ̃ diligenter no. quia multi in hoc deciperentur, Ias. colum. pen. versi. vlti. quęrit, & seq. & Claud. Aquen. col. vlti. versi. secundo inducit Bar. ff. de acqui. possess. Idem Imo. & Alex. in d. l. 1. §. per procuratorem, in fi. Rom. in l. qui mihi donatum. col. 2. ver. vlt. adde. ff. de dona. Alexan. in l. quamuis. §. 1. ver. & per istum tex. ff. de acquir. possess. Corne. consil. 50. videtur in hac consultatione, in fi. lib. 1. & consil. 6. licet in hac col. vlti. lib. 4. Soci. consil. 239. præsentis col. pe. versi. sed difficultatem, lib. 2. quod repetitur consi. 231. lib. 4. Vital. Camba. in tracta. clausula. char. 21. in paruis, in clausula, cõstituit se precario, col. 3. in fi. Ias. in l. 3. §. in amittenda, col. 3. uersi. adde ꝙ etiam. ff. de acqui. possess. & in l. si is qui pro emptore col. pe. versi. aduerte tamen, ꝙ licet. ff. de vsucap. Carol. Ruin.

consi.143.visis,col.4.nu.7.lib.1.Fran.Ripa.in rub.ff.de interdic.col.3.versi.& hæc est etiam.

2 ¶ †Quamuis cõtrarium cláculum voluerit Bar.in d.l.qui mihi donatum,ad ff.de donat.licet Ro.in.d.l.1.vbi supra,de acquir.possef.dicat Bar.ipsum in.d.l.qui mihi, nõ sibi contradixisset.Sed vtcunq; sit hanc cõtrariam opi. apertissime sequutus est Raph.Co.in.d.l.1.in prin.col.pe.verf.ad hoc cõcludit, & in.l.quarundam,eo.titu.Et hæc quidem opinio nõ sine ratione est.Nam cum hic procurator habeat mandatum ad vendendum,nonne etiam habet ad ea,quæ sunt veluti ipsius venditionis consecutiua? præsertim sine quibus ipsa venditio non habet perspectum & integrum effectum.l.2.ff.de iurisdi.omn.iudic.& ibi concord.in glo. †Nam & cui committuntur antecedentia,committuntur & sequentia.l.qui procuratorem, 4 l.indebitam.ff.de condic.indebi.& ibi concor.Ex quo Anto.in.c.1.column.penul.versicu.ex his apparet,extra,vt lite non contesta.scribit id quod dici solet, † delictum procuratoris nõ nocere domino,intelligi,nisi id veniat in consequentiam mandati.& sequitur Felyn.ibi,col.8.in.2. declaratione. Et ad hoc quoq; optime faciunt quæ nos ex Oldr.afferemus infra in.31. limita.nu.3.contrarium tamen.

3 ¶ †Et eo quidem magis,quod verbum vendendi in mandato comprehensum intelligi debet cum effectu.l.1.§.hæc autem verba,in prin.ff.quod quisq; iuris,&.c.relatum, de cleric.non resid.&.c.hæc autem verba,de pœni.di.1.cum si. Et eo quidẽ perfecto,vt probant iidem tex.in primo & postremo loco,in illis verbis.nam statuerit verbum rem perfectam significat.vẽditio autem in hoc fit, vt dominium habeat a venditore, & transeat in emptorem,quod fieri non potest, nisi sequatur traditio.l.si ager.ff.de rei vendi.&.l.quoties.C.eod.titu. &.l.traditionibus.C.de pact.Ideo non dicitur venditio perfecta ante traditionem.§.venditæ.Instit.de rerum diuisio.&.c.cum Ioãnes, ad princ.de fide instrumen.Ex hac ratione motus Specula.titul.de loca.§.nunc aliqua,versicu.95. dicit quod emphyteuta vendens, & non tradens non incidit in pœnam legis, quia cũ effectu nõ vẽdidit,de quo postea alibi dicemus.Præterea qd est quod querі possit dominus,si id eius pcurator fecit,

quod ipse facere tenebatur? id est, rem tradere.

4 ¶ †Et forte hanc opinionem sequeretur practica, præsertim in supremis nostris curiis quæ lites magis diiudicant ex bono & æquo. & reiectis illis nimis subtilitatibus, vt alibi diximus in nostro tracta. Retractuum, titul. 2. in fi. nume. 60. ex quibus vides. maxime cum nihil intersit venditoris, qui ad id, vt diximus, tenebatur: nemoq; audiatur sine interesse, siue agens, siue opponens, siue excipiens, siue appellans, siue quiuis alius, vt late ostendimus in. d. tractatu Retractuum, titulo primo. §. 1. gl. 1. in verbo, a venddu, nu. 55. præterea, si diis placet.

5 ¶ † Quanquam & illi priori opinioni adstipulatum fuisse scio Angel. qui veluti ex consequentia illius respondit ex facti contingentia, q̈ si procurator nomine domini rem quampiam vendidit, & se ac dominum suum constituit possidere nomine emptoris. & postea dominus alteri vendidit ac tradidit, præfertur posterior emptor priori. Ita enim scribit ipse Ange. consi. 287. consultatio prædicta est dubia, factum autem illius incipit Sempronius, vbi dicit hoc ipsum se non meminisse ab aliquo maiorum fuisse formaliter, vt ipse loquitur, tactum.

6 ¶ †Sed illam priorem opinionem, si eam sequaris, quoniam communior est, eam intelliges, vt statim in princip. declarauimus. Id est, cum simpliciter est procurator constitutus, secus autem si habeat speciale mandatum ad constituendum. Nam cũ id quod facit procurator specialis ad aliquid constitutus, cēseatur facere ipse dominus. l. quod iussu alterius. ff. de regu. iur. & c. potest quis, & c. qui facit, eo. titu. li. 6. cum sua materia, ideo non magis ipse procurator specialis videtur cōstituere, quam ipse dominus.

7 ¶ †Ex quo illud consequens fit, vt possessio transferatur per illud constitutum, ab eo procuratore in id specialiter constituto vt non obscure voluit Bar. in. d. l. 1. vbi supra de acqui. possess. dum dicit q̈ procurator non habens mandatum, non potest per actus fictos transferre possessionem: quasi secus sentiat de habente mandatum speciale, & ibi quoq; expresse Imo. & alii, & inter eos Ias. col. vlti. versi. sed defendendo Bar. & idem Imo. in. d. §. per procuratorem. & ipse Ias. in. d. l. si is qui pro emptore, vbi supra, de vsucapi. & Soci. consi. 236. vbi supra. li.

1.vbi plus dicit,ꝙ cum hodie clausula constituti soleat apponi in instrumentis venditionis,ea tacite subintelligitur, licet non fuerit apposita,arg.l.cum vniuersorum,cum ibi nota.ff.de pigno.act.& eius quod volunt no.Ang.l.bene a Zenone.C.de quadri.præscript.Ideoq̧,vt subdit,poterit procurator simpliciter constitutus ad vendendum facere huiusmodi constitutū, quod est,inquit,singul.notandum ad multa, & de quo late dicemus infra in 31.limitati.

8 ℭ †Cui & illud addere poteris,procuratorem simpliciter cōstitutū censeri habere mandatum ad ea faciendū, quæ sunt de consuetudine,vt not. Bar.in.l.vlti.in fi.princi.ff.de his quæ in fraud.cred.& in.l.si procurator,in prin.ff.de iure fis.per multa iura ab eo vtrobiq̧ allegata.& Angel.in.l.bene a Zenone, col.1.C.de quadri.præscript.per eum text.& alios ibi citatos. Roma.qui & alios quoq̧ tex.& doc.affert.consi.114. visis supra consultis,col.2.versi.quo ad secundum.Panor.in.d.c.1.colum.vlt.uersic.& prædicta faciunt,ibi,præterea in generali,& ibi quoq̧ Fely.col.8.versi.secunda declaratio,vt lit. non contesta.& idem Panor.col.7.primum nunquid,col.vlt. versi.itē syndici,lib.2.ipse Fely.in.d.c.ex literis,col.6.versi. & hinc est ꝙ si tecum,extra de fid.instrumē.vbi & alia quoq̧ ad eam sententiam pertinentia adducit,quæ illic videre poteris. & Ias.in l.1.§.si procurator,col.pe.versi.istam quæstionem tangit.ff.si quis ius dicen.non obtem.Iac.a S.Geor.in.l. certi condictio. §.si nummos,post prin.ff.si cert.peta.Fran.Curt.Iunior consi. 147.contra ea,columna penul.versi.quarto pro eadem, lib.2. Et faciunt quę de notario dicemus infra in.31.limitat.nu.7. ex quo sequitur,& sequ.

vt interpretatur Seruius, memoriā: quæ pars animi est, auferri, & consequenter obliuionem induci. Vnde & illud quoque consequens fit, vt deficiente animo, quo possessio retinebatur deficiat & ipsa possessio.

4 ¶ † At huius diuersum censuisse videtur Bal. sibi, vt videtur, contrarius consi. 369. venditor li. 5. vbi in hac specie consuluit: Titius vendidit Meuio fundum, & se constituit possidere nomine illius: deinde ipse Titius tenuit eum fundum viginti sex annis, tacente & patiente Meuio. Tandem Titius cum fundum vendidit, & realiter tradidit alteri, qui quatuor annis & vltra possedit, ita vt sint elapsi. 30. anni sine petitione huius fundi. Vtrum Meuius primus emptor eum vendicare possit. Et videtur, q nō: quia qui tacet. 30. annis, perdit actionem in rem l. sicut. C. de præscr. 30. an. Contrarium tamen respondit Bal. d. con. quia per constitutum factus est dominus & possessor. nec incepit currere præscriptio, quandiu venditor precario possedit. l. male agitur. eo. tit. Vides igitur Bal. aperte sentire illum priorem emptorem non amisisse possessionem, quam per constitutum habuerat ac nec annis quoq;. 16. Et idem propemodum videtur uoluisse idem Bal. con. 325. dubitatur, lib. 1. & consi. 430. statuto cauetur, in. 2. dubio, eo. lib. 1.

5 ¶ † Et hanc quoq; sententiam, vt scilicet per longum tempus non amittatur huiusmodi possessio, sequitur Fran. Aret. in d. l. si de eo, vbi supra, per tex. glo. & Bar. in. d. l. male agitur, de præscript. 30. anno. vbi & ipsa glo. concludit, q si etiam per 30. annos nulla pensio soluatur a colono, ad huc retinetur possessio per eūdē colonū, qui alterius nomine possidet. Nec enī per solū (inquit Aret.) defectum animi, in quē irrepit obliuio, perditur possessio: sed ita demū tātū, si cū obliuione cōcurreret negligētia, secūdū glo. in. l. si is qui. ff. de acqu. poss. quæ hoc casu nulla est cū sit aliquis in possessione illius noīe. Et licet sit quædā negligētia in nō recipiendo possessionē aut aliter, nō tamē sequitur aliquā esse in cōtinuatione possessionis, alio eius nomine possidente, licet ignorātis & obliti; vt eleganter dicit probari in. l. arboribus. §. 1. & 2. ff. de vsufruc. quæ ad hoc est not. & sequitur Claudius Aquen. in. d. l. si de eo. §. 1. col. 1.

6 ¶ † Et idem quoq; videtur voluisse Stephanus Bertran. consi.

332. viso casu, in 2. dubio, lib. 1. vbi & ex hoc dicit, eos, a quibus constitutum factum est, non posse præscribere aduersus constitutarium. quod & ante illum uoluit Bar. vltra loca supra allegata, consil. 438. præmittendum, col. 2. li. 2. vbi dicit nec per centum quidem annos constituentem posse præscribere. & Pet. Fer. tit. forma resp. libel. in acti. hyp. in verbo, & exceptionem præscriptionis, circa medium.

7 ¶ †Quibus & tu adde glo. in. c. cum non liceat, in glos. vlt. de præscript. quæ inter eos, qui præscribere non possunt reponit eũ, qui precario rẽ tenet, per ca. quia cognouimus. 10. q. 3. Et colonum, per. d. c. clerici, & seq. 16. q. 1. & d. l. male agitur. Et eam glo. sequũtur omnes doc. ibi, qui hanc rationem reddunt quoniam hi sibi non possident, sed alteri, vt probatur. dd. iuribus, & aliis. Sed ea glo. post alios similes casus, & postremum de creditore, hæc subiungit: Et hoc intellige de longa præscriptione, secundum leges, non de longissima, &c. Ita vt dubiũ sit, an intelligat de postremo casu tantum, scilicet de creditore, an de cæteris: quod verisimilius est cum rationem reddat omnibus communem. Et ita illam intelligit Anto. qui ob id illam reprehendit in cæteris, præterquam in vsufructuario, qui erat inter cæteros casus. At Pet. Ane. & Imo. illã intelligunt in postremo tantum casu.

8 ¶ †Sed hæc omnia velim intelligas, vt & maxima pars illorum loquitur, viuente eo, qui constitutum fecit: id est, se constituit alterius nomine possidere. Nam si is moriatur, & res fuerit ab hærede illius aut ab alio apprehensa, & postea neglexerit constitutarius apprehendere possessionem naturalẽ, amittit possessionem, quam prius habebat, per. d. l. si de eo. §. 1. ff. de acq. posse. glo. in. c. cum venisset, in verbo, annuam possessionẽ, & ibi doc. de rest. in inte. spol. Quid ita intelligit Bar. in. d. §. 1. vt si constitutarius sciat ab alio occupatam per modicũ tempus, amittit ciuile quam habebat: quia videtur suspicari se posse repelli, arg. l. quod meo, in fi. & l. quanuis. ff eo. ti. de acq. possess. & l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi arma. & quod no. in. l. possessionem, eo. tit. de acq. poss. Quod autem tempus dicatur in hac re modicum, vt id obiter dicam, intelliges ex Panor. in. d. c. cum venisset, col. vi. versi. vltimo no.

9 ¶ †Si vero, vt redeamus ad Bar. ignorat constitutarius rem ab alio esse occupatam, vel etiam scit vacantem: & tunc non perdit ciuilem, nisi ex cursu longi temporis, ex quo obliuio inducitur. l. si id quod, in princi. & ibi no. ff. de acqui. poss. & d. l. furtũ. §. 1. de vsuc. Et ita in illis omnibus illum sequitur Pano. in. d. c. cũ venisset. col. vlt. & Pau. Cast. con. 10. si vera sunt, col. 2. ver. sed ex alio capite, lib. 1. Et idem voluit Corn. qui non expresſim loquitur de decem annis, sed de pluribus temporibus, con. 280. visis quibusdam, col. vl. versi. si autem probatũ, li. 3. Carol. Rui. qui expresse loquitur de decẽ annis, con. 127. visa facti narratione, col. 7, ver. tertio dicitur, lib. 5. Matthæus Aflict. deci. Neapo. 40. casus est iste, col. pe. versi. præterea ex negligentia. & Hiero. Grat. consi. 75. quamuis sit prius, col. 2. nu. 4. lib. 2.

10 ¶ †Porro ex quibusdam ex illis, præsertim Afflict. vbi supra poteris intelligere, hæc quoq; procedere si viuente constituente possessio realis ab alio occupata fuerit. De quo etiã præter illos vide glo. vlt. Bal. & Ang. in. l. licet. C. de acquir. poss. glo. & Ang. in. d. l. furtum. ff. de vsucapi. glo. in. §. quod autẽ ad eos, in verbo, propter absentiam, Instit. eo. tit. Inno. in. c. querelam, col. 1. in verbo, de nouo, & ibi quoq; Io. And. de elect. eundẽ Ioan. And. in addi. Specul. tit. de petito. & possesso. §. 1. versi. pe. Dy. in. c. sine possessione, col. vl. de reg. iur. lib. 6. Cy. in. l. 1. in. 1. quęst. prin. C. vbi causæ stat. Bar. in. l. Celsus, col. 2. ibi, vel cum negligentia lõgi temporis. & ibi late Fran. Balb. in repe. col. 26. versi. nona cõclusio. ff. de vsuc. & eũdem Bar. in. l. 1. paulo ante fi. & ibi Bal. col. vl. versi. itẽ scias, & Iacob. a S. Georg. col. 2. ver. item dictum. C. de ser. fugi. Bal. in. l. 2. col. 7. ver. sed quæritur an per negligentiam. C. de seruit. & aqua. & in. l. si minorem, post medium, ver. quæro vlterius nũquid dato ꝙ hoc, lib. 2. Cardi. Flor. con. 118. primo quo iure, col. 1. ver. sed nec prodest. Pet. Anca con. 92. tria in fauorem, ante fi. & con. 213. pro isto, col. 2. ver. plus etiã. & consi. 443. primũ eliciamus, col. 9. ver. & aduertẽdũ est. Imo. & Ro. in. d. l. si de eo. §. si forte, & ibi late Alex. ff. de acq. poss. Panor. in. c. vigilãti, col. 2. ver. ex hoc infero, & ibi late Fely. col. 4. ver. primus ẽ quãdo scio, & iterũ col. seq. ver. 4. casus, extra de præscri. eũ-

dem Panor.consi.18.in causa & quæstione,quæ vertitur,in fi. lib.2.& consil.62.in controuersia col.9.versi.non obstat secundum,codē lib.2.Corne.consi.55.col.8.versicu.item videtur ꝙ possit,lib.3.& consi.174.ex puncto,col.vl.eo.lib.3.Fran.Are. in.l.1.col.1.ff.solu.matri.Alex.con.33.viso processu,col.1.lib.6.Maria.Soci.consi.38 pro decisione, colū.8.versi. item moueor,quia ratio.& eius filium Bar.Soci.con.48.in primo præsentis consultationis articulo,col.pen.ver.postremo ꝙ non sit, lib.1.& consi 153.pulchra & subtilis,col.3.ver.quinimo attentari,lib.2.quod.1.est eiusdem lib.& con.115.fundata, colum.3. ver.sed ad huc videtur,lib.3.Alex.cōsi.6.circa processum,col.3.ver.non obstat ēt si diceretur,lib.3.& con.33.pōderatis verbis,col.vlt.eo.lib.3.& cō.94.visis & sæpius recēsitis,col.3.uer. non obstat si dicat,ꝙ filii,lib.5.Fran.Cur.Seniorē con.24.sup eo,col.2.Ias.in.l.1.§ per seruū,col.4.ver.inquantū.ff.de acqui. pos.in.2.lec.Ex quibus nōnullos cōperies qui id tēpus,quo inducitur obliuio,⁊ cōsequenter amissio possessionis relinquunt arbitrio iudicis:sed eorum maiorem partem id tempus definire decem annis:nōnullos item longo tēpore simpliciter.quod in idem recedit,cum longum tempus.10.annorum sit.

11 ¶ †Quod si qs scire velit,an si colonus aut alius precario possidens alteri bona fide recipienti uendiderit & tradiderit,possit hic emptor rē ipsam præscribere aduersus dūm,adeat gl.hanc qōnem late tractantē in.l.nemo,in gl.vlti.& ibi Cy.Bar. Bal. Alb.& Paul.Ca.C.de acq.pos.& Spec.tit.de præscri.§.1.uersi.pone colonus.Bar in.l.cū solus,col.2.ff.de vsucap.Pan.in.d. c.cū nō liceat,col.pe.uer.circa istā partē,de præscri.Frā.Balb. in tractatu præscrip.in.1.parte.6.partis prin.col.21.uer.sed dubitatur.& Mat.Afflic.deci.Neap.136.magna fuit dubitatio.

XXII. LIMITA.

SVMMARIVM.

1 *Constitutū in cōductione appositū nō trāsfert possessionem.*

2 *Quid si factum fuerit separatim a conductione. Et quid si a diuersis.*

1 LIMITA VIGESIMOSECVNDO, † vt non procedat, si precariū sit appositū in cōtractu cōductionis, ita videlicet quod conductor rogat precario: nam tunc per huiusmodi precarium non transfertur possessio in conductorem. Quia cum ex natura conductionis sit, vt conductor non possideat, sed tantū detineat. l. 1. C. com. de vsucap. & l. certe. §. is qui. ff. de precar. Certe igitur nihil operabitur ipsum precarium, sed præualebit natura conductionis. d. l. non solū. §. vlti. de vsucap. & voluit per eum tex. quem ad hoc dicit singu. Pau. Ca. ibi & expressum Bar. in. l. si quis ante, col. 2. ver. quęro quid si eodem instrumēto & ibi etiā Imo. Alex. Fran. Aret. col. 2. & alii recentiores. ff. de acqui. possess. Idem Bar. in. l. interdum, in princi. circa med. eo. ti. Alex. consi. 121. visis & ponderatis, post prin. lib. 5. Corne. consi. 6. licet in hoc, col. vlt. lib. 4.

2 ¶ † Sed quod diximus, intellige prout locuti sumus, cū videlicet simul in eodem instrumento fuerit facta conductio & precarium. Secus si separatim. tunc. n. ex precario transfertur possessio, ita tamen vt si prius factum fuerit precarium & postea conductio. tunc recessum videtur ab ipso precario. atque ita qui prius ex precario possidebat, tantum postea detinebit ex conductione, & ex diuerso, per text. in. d. l. si quis ante, quem ita concordat cum. d. l. non solum. §. vltim. Barto. in ea ipsa. l. si quis ante, & post eum Iason ibi, colum. 3. versic. limita istum text. & idem Bart. in. d. l. interdum, in princi. eod. titu. Tu tamen omnino vide. Socin. & Claud. Aquen. in. d. l. si quis ante. Et hæc ne decipiaris, cum ab eodem fit precarium & conductio. Si autem fit a diuersis, videbis in. d. l. interdum. §. vlti. & ibi docto. ff. de acqui possess.

XXIII. LIMITA.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum & precarium simul in eodem contractu positum, an possessionem transferat. & nu. 2.*

1 LIMITA VIGESIMOTERTIO, † vt etiam non pro-

cedat, si simul in eodem contractu appositum sit simplex constitutum, & precarium. tunc enim non transfertur possessio, quia se mutuo impediunt, cum per simplex constitutũ transferatur vtraq; possessio ciuilis & naturalis: per precarium vero ciuilis tantum, vt & nos late diximus supra in. 1. parte, nu. 4. illud autem. Igitur ob hmõi vtriusq; clausulæ repugnantiã impeditur translatio possessionis, vt in præcedẽti limitatione. Ita n. voluit Bart. Chasse. innixus ea ratione in duobus locis. s. cõsi. 7. visis themate, colum. 7. ver. item & quod plus est. & cõsi. 59. ex visione, col. pe. versi. & quod fortius est, & iterum colũ. vlti. versi. item & quod plus est.

2 ¶ † Sed, quod pace illius dixerim, hic non est ea repugnantia, quæ in præcedenti casu est: neq; enim repugnat alterum alteri, vt conductio & possessio, quæ simul stare nõ possunt. sed ex his quod vnũ habet, & alterũ quoq; habet. s. ciuilẽ possessionẽ: sed alterũ naturalẽ pręterea habet, quæ nihil oĩno aduersatur ciuili, possintq; simul stare. Et cũ vnũ alteri iungatur augendi iuris causa, nõ debet inducere illius diminutionẽ. l. si mancipia. ff. de fund. instr. cũ si. Et si recte intelligatur Bar. in. d. l. interdũ, videbis eũ aperte voluisse, hoc in casu, de quo loquimur, vtrãq; possessionem transferri, cõsiderata vi simplicis cõstituti, vt potẽtioris, & nõ precarii. Et ita illum refert & sequitur Alex. ibi. Et id quoq; expresse voluit. Pet. Ferr. in tit. forma positi. actoris, in verbo, item quod præscriptus, col. vlti. ver. fateor tamẽ.

XXIIII. LIMITA.

SVMMARIVM.

1 *Precarium in affictu possessionem non transfert.*
2 *Precarium semper reuocari potest.*

1 LIMITA VIGESIMOQVARTO † (& id quidẽ proxime respicit duas præcedentes limitationes) vt procedat, nisi etiam simul simplex precarium & affictus, quem vulgo vocant, apponeretur in eodem cõtractu, quia cum in eis sit repugnantia, nec vna quidem illa, sed duplex. primũ enim contra-

ctus affictus est onerosus, precarium aũt habet speciem cuiusdã donationis, & liberalitatis, & beneficii.l.1.in.2.respo.&.l.2.§.1.&.l.interdictũ.ff. de precar.deinde contractus affictus non reuocatur re non integra.l.si pecuniam.ff.de condict.ob cau.

2 ¶ † Contra vero precarium potest semper reuocari.d.l.2.§.1.ff.de precar.adeo vt non valeat pactum contrarium.l.cum precario.ff.eo.Ideo non possunt simul super eadem re & affictus & precarium apponi:& si apposita fuerint, actum vitiat.d.l.vbi repugnãtia.ff.de reg.iur.Ex quo sequitur q ex his possessio non transfertur.Et ita nuncupatim & in hac specie consuluit Corne.con.110.licet videat prima facie,col.pe.versi.est etiã aduertendũ.li.3.Sed aduerte,qa si hæ rationes cõcluderẽt, semp precariũ esset inutile in cõtractibus onerosis cuiusmodi oẽs pene sunt,q contractibus onerosis, longe a veritate abest.

XXV. LIMITA.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum inter personas prohibitas non transfert possessionem.*

1 LIMITA VIGESIMO QVINTO, † vt non procedat inter personas prohibitas.nam cum inter eos præsumatur fraus, nec illis credatur.l.qui testamentum.ff.de probati.&.l.cum quis decedens.§.Titia honestissima.ff.de lega.3.& latissime diximus in repe.l.si vnquam, in verbo donatione largitus,nu.89.sed contrarium tamen,& multis seq.C.de reuo.donati.Certe etiam inter eos nihil operatur constitutum, ne sit eis liberum id facere in fraudem prohibitionis. Ita enim expresse voluit Bal.in.l.1.col.2.versiculo,fallit hoc quando vergeret.C.de donat.ante nuptias, vbi id dicit no.& Angel.in.l.sicut.§.superuacuum.ff.qui poti.in pigno.hab.Paul.Ca.con.173.præsuppositis his,post medium lib.2.Alexan.cõsi.in causa & lite vertẽte,col.3.versi.modo sic,li.5.Et Matthæ. Afflic.in.c.1.col.6.num.27.tit.de feud.dat.in vic.leg.commis. Et hæc limitatio proxime accedit ad.9.limitationem, vti ibi videre poteris,præsertim nu.5.at idem clarius.

XXVI. LIMITATIO.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum non operatur traditionem in penalibus.*

2 *Constitutum non facit ut emphyteuta, uel uasallus priuetur emphyteusi uel feudo, tanquam tradidisse uideatur. & numer. 5.*

3 *Constitutum a uendente rem alienam factum, an faciat ut furti teneatur tanquam si rē ipsam tradiderit & nu. 7.*

4 *Constitutum non sufficere pro duplicandis arris aliter nō solutis aut tradiderit, & num. 8.*

6 *Emphytheuta uel uasallus uendens & constituens se possidere saluo iure domini, non cadit a suo iure.*

7 *Vendens scienter rem alienam siue traditione, furtum non committit.*

Verbum accipere realem denotat traditionem.

1 LIMITA VIGESIMO SEXTO, vt etiam non procedat in constitutione pœnali loquente de traditione. Nam tunc ex constituto vel precario quis non incideret in pœnam illius cōstitutionis tanq; tradidisse videretur, sed opus esset reali traditione. verbi gratia: Emphyteuta vel vassallus alienās et tradēs cadit iure suo. l. vlt. C. de iure emphy. & p totū tit. de prohi. feud. ali. p fed. nec abs re dixi, & tradēs, qa in id. f. cadat, opus est traditiōe: neq. n. ex solo cōtractu alienationis sine traditiōe caderet: vt de emphyteuta voluit Specu. tit. de loca. §. nūc aliqua ver. 95. & late doc. in. d. l. vl. & oēs p̄ter vnū Imo. in. c. potuit, de loc. & Alex. cō. 173. viso themate, col. 2. ver. secundo respondeo. li. 2. Et bene facit. l. alienatū, & qd ibi no. Dy. & Iaco. Are. ff de verb. sig. iūcta. d. l. vlti. C. de iure emphy. Nec reperi qui contrariū diceret, si non me fallit memoria præter Imo. vt diximus, & Guid. papā. con. 148 consi. pro. R. cc l. 7. versic. sed restat videre, lib. 2. Et de feudo est tex. in. c. 1. §. callidis, ibi, vendunt, & in alios transferūt, & ibi And. Iser. & Bald. tit. de

prohi. feud. al. per Lotha. & vterq; in c. 2. tit. quid iuris sit. ipse Bal. in c. 1. §. aut si libellario colū. 2. in verbo, aut pignori, & ibi etiam Aluar. tit. quib. mod. feud. amit.

2 ℭ † Si ergo, vt redeamus emphyteuta vel vassallus vendiderint, & nō realiter tradiderint, sed tm̄ se constituerint possidere nōie emptoris, non cadūt suo iure, ex sententia ipsius Iac. Aluar. qui ad hoc multa alleg. in d. c. 1. col. 2. ver. quid aūt si traditio, tit. quid iuris sit, & ibi quoq; Card. Alex. col. vlt. & Matthæ. Afflic. col. 1. ver. & intantum hoc est verū. quo etiā in loco versi. sed iuxta hoc, idem dicit de retentione vsufructus. & Ioan. Ray. in c. 1. §. habito, col. 9. in paruis, ver. quæro quomodo ergo, & ibi quoq; ipse Afflic. in prin. in 13. no. col. 6. nume. 57. tit. de prohib. feud. ali. per fede. Gui. pap. deci. Delphi. 101. si quis rem, vbi & hoc dicit voluisse Pet. Iac. & ita solere iudicari in curia Delphi. & rursum con. 126. de anno domini, paulo ante fi. Bapti. a. S. Blasio in tractatu differentiarū, versi. 119. vassallus vendendo, Francis. Curti. iunior in tracta. feud. in. 11. char. 4. partis prin. ver. sed circa præmissa, qui est sub. 13. quæstio. Fran. Ripa, qui vnum Guid. pap. in priore loco citat, in c. cum. M. Ferra. nu. 80. in fi. de consti. & lib. 1. Respon. c. 2. clerici propria prædia, nu. 21. vide tamen infra nu. 5.

3 ℭ † Item cum scienter vēdens rem alienam tum demum tm̄ furtum cōmittit, & de furto puniendus est, si rem ipsam tradat, vt voluit glo. no. in. l. item si res, in prin. glo. magna, circa mediū, & ibi Bar. ff. de ali. iudi. mutan. cau. fac. & glo. & doc. in. l. si seruū vestrū. C. de furt. Certe in id requirit̄ vera & realis traditio, nec sufficeret constitutū, aut p̄cariū, nec quiuis alius actus fictus, vt dicit Fran. Are. in. l. 3. §. si rem apud te. ff. de acq. possess. & iterū in. l. qd̄ meo, col. 2. versi. quarto non operatur, eod. tit. Et hoc satis vr̄ probari ex eo quod voluit. d. gl. in ea ipsa. l. etiam si res, ꝙ per actum fictū patientis hoc casu furtum non committeretur. & eam sequitur Bart. ibi & Bald. qui eam declarat in. l. alienum. C. de furt. uide tamen infra. nu. 7.

4 ℭ † Deniq; qui arras nomine matrimonii acceperit, si postea recuset matrimoniū contrahere, tenetur eas & quidem duplicatas restituere, per. l. vlt. C. de sponsal. Quo in loco Bal. col. 2. versi. in hac. l. quæro, dicit post alios ibi, veram arrarū traditio-

nem hoc casu debere interuenire, vt quis ea pœna duplicationis mulctetur, sicuti & ipse etiam Bal. dicit in. l. deo nobis in. §. no. C. de epi. & cleri. & Bar. qui expresse dicit nō sufficere cōstitutum, in. l. Titia, col. vlt. & ibi quoque Angel. ff. de verbo. oblig. vide tamen infra nu. 8.

5 ¶ †Sed aduerte ꝙ hæc limitatio est admodum dubia. Nam quantum ad primum casum de emphyteuta & vassalo alienāte, & se cōstituente possidere, contrarium eius quod diximus tenuerunt multo plures, scilicet Pet. Iacob. tit. de actio. in rem pro re feuda. contra empto. col. 3. versi. item est notandum. Anto. consi. 34. casus emphyteuta vendens. Raph. Fulgo. con 2. Petrus tenetur, col. 1. versi. ad primum respondetur. alter Rapha. Co. consi. 41. in nomine, &c. ad primum quæsitum, col. 1. Paul. Ca. in. l. 1. §. si rem depositam. ff. de pos. Marti. Lauden. in c. imperialem, in princip. col. 2. versicu. nota secundum, & ibi etiam Cardi. Alexand. sibi contrarius, col. 2. in princ. versicul. idem intellige. Alexander in. l. si a me, colum. 2. ff. de leg. falc. Guido pap. & ipse secum pugnans deci. Delphin. 46. an emphyteuta, col. vlti. & iterum. d. consi. 147. consilium pro R. col. 7. versicul. imo & si foret. & consi. 192. ex facti narratione, col. vlti. ipse Cardi. Alexan. in. d. §. callidis, col. 1. ti. de prohi. feud. ali. per Federicum, & in ca. 1. col. 2. versi. idem intelligo, eod. tit. Iacob. a. S. Georg. in tracta. feudorum, in verbo, & cum pacto de non alienando, col. 2 versicu. ex hoc infertur. Iason qui hoc reportat singul. & nullum alium ꝙ Antonium citat, in dicta leg. 3 char. antepenul. in. 19. quæstione. C. de iure emphyteuti. vbi & hoc dicit perpetuo notandum. Stephanus Bertran. consi 45. pridem de anno domini, post principium li. 1. Carol. Rui. consi. 2. est in primis, col. 1. nu. 2. li. 1. & consi. 7. prima facie dicendum, col. 2. num. 5. li. 2. & consi. 69. diligenti ac matura, col. 9. nu. 17. li. 3. Matthæ. afflic. in. c. si facta, col. 2. nu. 20. ti. si de feud. fue. contro. inter domi. & agna. Franciscus Curti. iunior sibi quoque contrarius in eodem tracta. feudo. in 4. parte principali, versicul. vigesimo quæro nunquid ad hoc, vbi & hoc reputat singulare. & Hippo. Marsil. singu. 412. plures sunt causæ, vbi & hoc quoque dicit singulare. Zazius in summa feudorum, in. 10. parte, col. 2. versicu. sed quid si vassal

lus.Ferdin.Loaz.in repet.l.filiusfa.§.diui,char.13.versi.vnum tamen est notandum.ff.de lega.1.

6 ¶ †Et ista posterior opi.vt communior est, ita forte verior. Quam tamen, si sequaris, limitabis vt procedat, nisi emphyteuta vel vassallus qui vendidit cum clausula constituti siue precarii siue alia reali traditione, id fecerit cum expressa protestatione, & reseruatione iuris domini. Nam licet alias ex multorum sententia huiusmodi protestatio non excuset vassallum aut emphyteutam, quin cadat iure suo, si processerit ad realem traditionem. nam ita voluit Bal.in.l.1.C.de his quæ pœnæ nomi. & in.c.1.§.denique, ti.quæ fuit prima.cau.benefi.amit.& Ro. singu.514.tu habes, & ibi concord.per eum, & per Bapti.Castell in addi.illius. Tamen vbi non fuit processum ad realem traditionem, sed solum interuenit cõstitutum aut precarium, excusatur vassallus propter huiusmodi protestationem, vt no. voluit ipse Bal.hanc nuncupatim differentiam faciens realis traditionis, & constituti siue precarii, in c.Cumana, col.2.vers. & prædicta faciunt, de electi. quem sequitur Franc.Curti.senior consi.8.viso instrumẽto, col.1.versic.& pro hoc adduco. & Antonius Rube.in repet.legis non solum.§.morte.nume. 479.ff.de no.oper.nunci.quia vt dicit post alios, in executione facti, id est, in reali traditione fit conditio domini deterior, quia forte fit venditio & traditio potentiori, vel inimico, vel etiam litigioso, a quo difficillium erit eam recuperare. quod nõ est in huiusmodi traditione cõstitutitia. Et bene facit quod voluit ipse Bald.in.c.1.§.hoc quoq;, col.pe.versic.sed pone ꝙ vendidit, tit.de succeß.feud.dum ibi loquitur de corporali traditione, & actu ficto.

7 ¶ †Quantum vero ad secundam huius partis speciem supra adductam pertinet, scilicet de eo qui scienter vendit & tradit rem alienam. Sunt etiam qui aperte contrarium tenent eius quod supra ex aliis diximus, vt videlicet non minus furtum committat, qui per constitutum vel precarium aut alium actũ fictum tradit, ꝙ qui realiter id facit. Nam ita voluit Saly.in.d. l.si seruum vestrum.C.de furtis. Cuius dictum simpliciter refert & dicit no.tanquam sequi videatur Iason in.d.l.3.§.si rem apud te, col.1.versi.sed adde ad istam regulã.ff.de acqui.posses.

8 ¶ † Postremo quantũ ad ultimum de.d.l.ulti.C.de sponsa.oẽs bene ac citra cõtrouersiam inter se cõueniunt illic esse necessariã realẽ traditionẽ,nõ tñ ob id,ꝙ ea.l.sit pœnalis:neq;.n. quicquam ullus eorum de ea re loquitur,sed propterea realem traditionem ibi requiri,quia ea.l.utitur verbo, accipiendi, quod ueritatem significat,& realem traditionẽ,ut in simili notatur in.l.per diuersas.C.manda.& in.l.assiduis,ꝛ ibi glo. in uerbo, datæ.C.qui.poti.in pig.hab.& in.§.lapilli,Insti.de re.diuis.ꝛ supra diximus in.10.limi.Propterea an hæc limitatio procedat æstiment alii,mihi certe nõ uidetur procedere.& uide quę dixi supra in.1.parte.nu.75.vt tamen.

XXVII. LIMITA.

SVMMARIVM

1 *Laudimia an debeantur ex uenditione, re necdum tradita. Et quid si tradita fuerit per constitutum.*

1 LIMITA VIGESIMOSEPTIMO,† ut licet:per huiusmodi constitutum uel precariũ transferatur possessio: Tamen ex hac possessione non possit dominus ab emptore petere laudas & uentas(ita vulgo nostri Laudimia appellant) antequã emptor accipiat realẽ possessionem,si credimus Guid. Pap.hoc ipsum affirmanti,deci.Delphi.101.si quis rem, col.2. versi.sed iuxta hoc quæro,vbi dicit id seruari in curia Delphi. & esse conforme iuri & rationi,cum de iure Laudimia debeãtur domino pro labore,vt loquitur,inuestituræ,& realis traditionis ab ipso domino factæ,iuxta.l.vlti.ibi,nouũ emphyteutam in possessionem suscipere.C.de iure emphyteut.Sed cum in huiusmodi possessione nulla domini sit opera, cõsequens est vt nulla ei debeantur Laudimia.Ego autem scio obseruari cõtrarium in hac nostra Gallia,vt s.c.confestim ꝙ contractus factus est etiam sine constituto aut precario,sit quæsitum domino ius Laudimiorum,

XXVIII. LIMITA.

SVMMARIVM.

1 *Emptor ex die traditæ possessionis, tenetur uẽditori ad usuras pcij non soluti. Et an ad id constitutum sufficiat. nu. 2.*

1 LIMITA VIGESIMOOCTAVO, † vt etiam licet p constitutum siue precarium censeatur possessio tradita, tamen huiusmodi traditio nõ facit, vt emptor, qui nondum preciũ vẽditionis soluit, debeat vsuras precii. Quid vt clarius intelligas est sciendum emptorem ex die traditæ possessionis teneri venditori ad vsuras precii nõ soluti. l. vsuras, quæ est. 2. C. de vsur. In id igitur non sufficit constitutũ siue precarium, vt emptor qui non soluit preciũ, teneatur ad vsuras, licet dominiũ sit trãslatum ob hmõi traditionem, sed necesse est realiter rem tradi, expresse voluit Bal. in. d. l. 2. ver. quęro si non fuit, & ver. quęro quid ergo, arg. l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mod. pig. uel hypo. sol. de cuius intellectu, quantum ad constitutum vel precarium pertinet, latius diximus supra in. 9. limita.

2 ¶ † Sed quod ad hunc nostrum casum priuatim spectat, videtur esse textus cõtrarius ei quod dicit Bal. in. d. l. 1. licet eum ipse alleget in illo priore ver. f. in. l. Iulianus. §. possessionem, iuncto. §. ex vendito, qui hunc immediate præcedit. ff. de act. emptio. nã in illo. §. Ex vendito, ita scribitur, ex vendito veniunt vsuræ precii post diem traditionis. nam cum rerũ emptor fruatur, æquissimum est eum vsuras precii pendere. Et mox subdit in sequen. §. possessionem autem traditam accipere debemus, & si precaria sit possessio. Hoc enim solũ spectare debemus, an habeat facultatem fructus percipiendi. Ex quibus facile intelligis id ex eo pendere, an emptor post huiusmodi precarium siue constitutum fructus percipiat, an venditor: ut primo casu ipse usuras pendat, altero minime.

XXIX. LIMITA.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum an resoluatur resoluto contractu super quo interponitur.*

2 *Cessante causa cessat effectus, & in legibus & in contractibus & in omnibus alijs dispositionibus.*

3 *Venditio facta pro precio declarando per alterum, mortuo eo precij arbitro, manet nulla, etiam si interuenerit constitutum.*

4 *Constitutum in donatione appositum reuocatur, reuocata donatione, per natiuitatem liberorum.*

5 *Constitutum si interuenit an extinguatur, ex discessu contractus, an uero opus sit saltem alio cõtrario constituto.*

6 *Constitutum in pignore appositum, an extinguatur extincto pignore. & num. 8. & 9.*

7 *Principali sublato, an semper sublatum sit accessorium.*

8 *Debitor non sibi simpliciter possidet, sed ad utilitatem creditoris.*

1 LIMITA VIGESIMONONO, † vt scilicet id constitutum vel precarium suam vim obtineat, quandiu durat causa siue titulus super quo interponitur. Ea autem causa finita, vel cessante aut resoluta, resoluitur finiturq; constitutũ siue precarium super ea appositum. verbi gratia, si debitor obligauit bona sua creditori, & eadem se constituit possidere nomine ipsius: si postea ipse debitor soluit debitum, aut aliter se eo liberat, extinguitur id precarium, quia id tacite actum uidetur, vt est textus expressus in. l. si debitor, & ibi glo. Bar. & alii. ff. de precari. & Barto. in. l. si rem alienam, la. 2. ff. de pign. actio. & in. l. qui pignoris, in fi. ff. de acqui. possess. & Cynus in. l. 1. in. 12. quæst. C. etiam ob chiro. pecun.

2 ¶ Nã & alias cessante causa cessat effectus ipsius causæ, ex Aristotelis sententia lib. 2. Physico. & legum nostrarum authoritate. l. generaliter, & ibi late docto. præsertim Bal. C. de episc. & cleri. & c. & si Christus, de iureiũ. cum infinitis similibus. Et hanc regulam esse generalem in legibus, contractibus, & aliis dispositionibus magna authoritate affirmat. Pet. Ancha. con. 47. pro clariori, circa medium, & late dicemus in tracta. quẽ

de ea

de ea re priuatim edemus. Et hinc factus est versus ille tritus non admodum elegans.

Causatum perimit causa perempta suum.

quem citat glo.in.c.ita quorundam,de Iudæ.

3 ☾ † Et huc spectat quod ex facti specie respondit Corne.con si.110.licet videatur.col.2.versi.idcirco cum dictum precium, lib.3.q̃ si quis vendat rem quampiam precio declarando per alterum, & se interim constituat posſidere pro emptore:& is alter antequam declaret precium, moriatur, venditio manet nulla,deficiente causa,quæ nec secuta est,nec sequi potest,mor tuo precii arbitro, & consequenter tenetur emptor rem restituere.p.l.hoc nisi,in fine.ff.de iure doti.⁊ alia quæ allegat.

4 ☾ † Et quod late diximus supra.in.7.limitation. nu.15.nec hinc longe distat,& fere per totam eam limitationē,precariū siue constitutum sequi naturam contractus principalis, super quo interponitur.⁊ inter eos quos ibi comperies, est Pau.Ca. consi.10.si vera sunt,col.1.li.1.ubi dicit,sublato principali,cen seri etiam sublatum constitutum in eo appositum. Quod item a multis dictum est, reuocata donatione per natiuitatem liberorum,ex lege,si vnquam. C.de reuocat.donati.⁊ reuocatum quoq; esse constitutum in ea appositum,ita enim nuncupatim tenuit Philippus Deci.consi.366.pro declaratione,ad fi.Caro. Rui. consi.173.quæritur primo,in.2.dubio,lib.1.& Hieronymus Gratus consi.50.Reuerendisſime,col.antepenul.versi.& vltra supradicta, & diximus in.d.l.si vnquam, in glos.in verbo,reuertatur,nu.2.ex quo & illud.

5 ☾ † Sed huic limitationi tā generali multa obstant.Et primū id quod alibi diximus.s.supra in.1.parte nume.19.fit item vt si venditor, & iterum in.20. limitatione. Quod si in contractu venditionis appositum sit constitutum vel precarium, & postea contrahentes communi consensu discedant ab ea venditione,non propterea extinguitur vis illius constituti aut precarii,sed opus est vel reali traditione, vel certe constituto siue precario contrario. Sed hoc vtiq; non sine controuersia est, quandoquidem contrarium tenuerunt Alber.in.l.ab emptione,col.1.versic.in quæstione quam quærit & ibi quoq; Raph. Fulgo.col.vltim.versicu.in ea ibi scilicet,& Pau.Castren.late

colum.3. versicul.in glos.ibi,sed quid si venditor, & Iason collum.penul. versicu.tu potes tenere.ff.de pactis.& Imola in.l. qui mihi donatum,col.vlt.ff.de donat. Vna præsertim ratione quam adduxerat glos. ibi,& alii qui tenebant contrariam opinionem,& illi rationi conantur respondere, sed non bene, vt dicit Iason, Ea est ꝙ cum res vendita sit adhuc penes venditorẽ,non opus est alia traditione,cum id pro traditione sit, per leg.qua ratione.§.interdum.ff.de acquir. rer.domi. &.§. interdum Insti.eo.& alibi sæpe in hoc tractatu diximus. Et respondent Albericus, & alii qui sunt huius sententiæ supra citati rationibus,quas qui contrarium tenent adducunt, vt ibi per eos videre poteris.

6 ¶ †Sed & contra hanc nostram limitationem facit quod scribitur in.d.l.si rem alienam.ff.de pig.actio.ꝙ si dominium pignoris veniat ad creditorem,pignus quidem extinguitur, sed tamen remanet precarii rogatio,quæ apposita fuerat in datione pignoris. Quo in loco Bart.in.3.oppo.atque etiam in dicta leg. si debitor, vt tollat contrarietatem,vt nostri appellant, quæ videbatur inter eas leges,dicit ꝙ finita obligatione per solutionem,vel aliam congruam satisfactionem, finitur precarium,per d.l.si debitor,quia sic videtur actum. Quod si finitur pignus alia iuris necessitate,siue subtilitate, vt quia creditor efficitur dominus,superest precarium, per.d.l. si rem alienam. quod dicit tenendum menti ad multa. De qua re & tu multa videbis apud Matthæ. Afflic. Deci. Neapo.139. magna fuit dubitatio,per totum.

7 ¶ †Ego aliquando cogitabam,an hæ antinomiæ sic tolli possent, vt sublato principali contractu ex legis dispositione, vt tollitur donatio,per dictam.l.si vnquam tollatur & precariũ. & sic procedant quæ ꝓ priori opi.dicta sunt. At si tollatur ex partium voluntate & consensu,non idem:quoniam non tanta sit vis hominis quam legis, vt sæpe alias videmus. Sed huic distinctioni videntur obstare alia quæ supra diximus, præsertim dicta.l.si rem alienam, vbi ex iuris dispositione finitur pignus non tamen precarium. Ideo videbatur hæc res ex eo pendere,an & quomodo principali sublato, sublatum sit accessorium. De qua re,ne te amplius hic detineam, vide omni-

no per Cynum & Alberi.in leg.intelligere,quæ est.2.quam tamen vnam legunt ex toto illo titulo.C.de luiti.pignor.& ibi quoque Bald.Ang.ad fi.

8 ℂ †Scio autem Bart.in.d.l.ab emptione,col.2.ver.nota & tene menti,hæc aliter æstimasse,quantum ad emptorem & debitorem:nempe ꝙ aliud sit in precario debitoris, qui nunquã simpliciter pro se possidet,sed ad vtilitatem creditoris,lege,ferui nomine.ff.vsucap.& no.in.l.sciendum.§.creditor.ff.qui satisdare cogãtur. Emptor autem simpliciter possidet pro se ad sui vtilitatem.id quod sequitur Iaco.a S.Georgio ibi, colum. vlti.De quo etiam ibi per Raphaelem Fulgo. colum. vltima versi.sed respondet Bart.& per Barbatiam,qui id dicit singulare,consi.28.scripsit bellissime,colũ.1.libr.1. vbi ex hoc decidit pulchram quæstionem aduersus communem nostrorũ sententiam,vti diximus supra in prima parte nume.60.nec solus tamen,vt ibi videre poteris.

9 ℂ † Sed & Franciscus Aret.in.d.l.qui pignoris, ad fin.ff.de acquiren.posses.dicit ideo in pignore finiri precarium ipso iure,debito soluto:non etiam in venditione,ex consensu partiũ. quia emptor,a quo possidetur precario, habet fortius ius propter titulum venditionis, ꝙ habeat creditor propter pignus, quod ipsum facilius resoluitur. Sed hæc non omnino tollunt eam antinomiam generalem, sed illam tantum differentiam, quæ est inter debitorem & emptorem.& vt iam diximus, non omnes conueniunt in eo quod dictum est de emptore & venditore.Sed tu interim vide quę etiam diximus in.7.limitatione,num.40.stante ergo,&.2.sequen.

XXX. LIMITA.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum factum absenti,an in eum transferat possessionem ante ratificationem.& nu.2.3.4.5.&.6.*

2 *Possidens per alium quo casu habet interdictũ recuperande,si ille per quem possidebat deiectus fuit,et nu.3.et.4.*

34 Serui ciuitatis, municipij, uel reipublicæ, possunt pro ipsa ciuitate, municipio uel republica stipulari.
36 Lex superuacua esse non debet.
37 Calor inditij.
38 Iudex qui notarius est, non potest ipse acta scribere, coram se gesta.
39 Notarius non potest de re ad se pertinente instrumentum conficere.
40 Notarij officium non inuentum ad stipulandum.
41 Intellectus ad.l.cum aliter.ff.de adopt.l.2.C.eo.ti.
42 Intellectus ad.§.cum autem.Insti.de adoptio.
43 Intellectus ad.l.1.§.exigere.ff.de magistra.conueni.
44 Intellectus ad.c.q̃q̃, de usur.lib.6.& num.45.
46 Consuetudo potest facere, ut uno pro alio stipulari poßit.
47 Statutum facere potest, ut alius pro alio stipuletur.
48 Garentigiata instrumenta quæ dicantur. & quid sit garentigia.
49 Notarij stipulatio pro absente, facit ut donans aut uendens, reuocare aut permittere non poßit.
50 Stipulatio notarij ius q̃rit alteri sine illius acceptatione.
51 Notarij stipulatio an tantum habeat uirium, ut donans uel uendens non poßit alteri donare, aut uendere, & si id faciat uter eorum præferatur. & nu.52.
53 Notarij stipulatio an faciat ut constitutum illius transferat posseßionē in absentem ante ratificationē. et nu.54.
54 Intellectus ad.l.1.§.item acquirimus.ff.de acqu.poss.
55 Ignoranti quomodo per liberam personam acquiratur.
56 Notarius qui pro absente stipulatus. & accepit realem posseßionem, an poßit per constitutum eam posseßionē transferre in alium.

1 LIMITA TRIGESIMO, † vt constitutum vel precarium operetur translationem possessionis, quando fit præsenti, secus si absenti: quia per huiusmodi constitutum vel precarium illi factum non prius transfertur in illum possessio, quàm id ratum habuerit, per leg. 3 in princip. & l. quemadmodum, & l. quod meo. §. si furioso, & leg. si seruus communis. §. 1. ff. de acquirenda possessione. & leg. si ego, aut vt alii legunt, si ergo. ff. de negoti. gesti. quibus cauetur, nec possessionem quidem absenti, quæri ex eo, quod ad eius cōmodum factum est, nisi is ratum habuerit. Id quod iuris antiqui est. Nam vt scribit Cicero in Topicis. Neque deditionem neq; donationē sine acceptione intelligi posse. Licet quantum ad deditionem, vt illud obiter dixerim, aliud esse videatur nostris legibus. l. vltima post princip. ff. de legatio.

2 ¶ † Ex eo autem quod diximus de ratificatione, illud fit, quod si interim, id est, antequam constitutarius ratum id habuerit, expellatur constituens, non competit ipsi constitutario remedium recuperandæ possessionis etiam si postea ratificet, vtpote cum non possideret tempore spoliationis, quo nondum ratum habuerat: nec eius ratificatio postea facta retrotrahitur, obstante spoliatione. quæ interim facta est, per rationem. l. bonorum. ff. rem rat. hab. & eius quod in simili not. glo. in. c. quàm fit, in verbo, petere, de elect. libr. 6. & Barto. in. l. si vxor. §. si quis planc. ff. de adulte.

3 ¶ † Et ita, vt scilicet agere non posit recuperandæ, ne authoritate deficiamur, tenent expresse Anton. & Panormita. in capit. cum venisset: ille, in fin. hic, columna secunda, versi. & faciunt hæc, de restit. spolia. & ad hoc allegant D. a Rota. deci. 150. licet amicus, in nouis, & sequitur Alexand. in dicta l. quod meo, in princip. columna prima, versic. item istud, & ibi quoq; Claud. Aquen. colum. prima d. citq; Alexan. ibi, hoc idem voluisse Bald. in. c. 1. in prin titu. quo tempo. miles, vbi tamen nihil de ea re dicit. Scio autem illum de hoc dubitasse, sed ita vt in hanc partem inclinare videatur, in disputa. incip. accusatus de ui turbatiua, colum. 8. uersi. quid autem dicemus, contra Odof. Iaco. Ra. & Cy. in. d. l. si ergo, qui a aliter, inquit, esset ficta possessio, & ficta expulsio.

4 ¶ †Sequitur itē illam Anto. & Panor. deci. Corne. con. 110. in iudicio diuisorio, col. pe. ver. & si hodie ratificauit, li. 2. & cō. 173. in pręsenti stipulatione, col. pe. ver. q̄ si aliquis, eo. li. 2. vbi & idem dicit tenere Benedic. Caprā præceptorē suū in. d. c. cū venisset, & ita se obtinuisse in ardua quæstione. & Alex. vltra locum supra citatū, con. 110. visis acutissimis, col. 2. ver. nō obstat si dicatur, lib. 1. & Phili. Deci. in. l. semper qui nō prohibet, col. 3. ver. secūdo regula. ff. de reg. iur. & con. 226. magister Ioannes, col. 2. ver. secūdo principaliter. & iterū con. 460. viso puncto, in fi. & Steph. Bert. con. 173. quia difficultas, col. 5. ver. hinc etiam scribunt, lib. 4. & idem propemodum voluit ipse Corn. con. 190. ad euidentiam, col. 3. ver. circa secūdū, li. 1.

5 ¶ †Sed & illud, vt propius accedamus, vt scilicet p huiusmodi cōstitutū vel precariū absenti factū nō quæratur possessio ei cui factū est, antequā ipse ratum habeat, expresse tenuit Iaco. But. in. l. quædam mulier. ff. de rei vendica. ea ratione motus, quia non quæritur possessio alteri, nisi ipse corpore & animo vere vel ficte per se vel alium suo nomine possidētē recipiat, per. d. l. 3. in princ. cum ibi no. & l. queādmodū. ff. de. acq. poss. Et ita eū citat & sequitur ipse Alex. con. 153. circa litem, col. 1. versi. præterea si bene inspiciamus, lib. 6.

6 ¶ †Et idē quoq; voluit & cōsuluit Phil. Deci. con. 226. vbi supra, Lud. Goza. cō. 31. ī hac causa an dicatur. col. 2. nu. 8. Barth. Chas. con. 7. visis themate, col. 8. ver. itē etiā quia tales. & cō. 59. ex visione, col. pe. ver. itē etiā vt cōstat. Ant. Rub. con. 117. præsupponitur in facto, in prin. & Hiero. Gratus con. 36. viso processu ac diligēter, col. pe. ver. & primo quod absenti, & seq. li. 1. & cō. 76. videt pro domina, col. pe. ver. tertio dico, eo. li. 1. & Marc. Mant. cō. 256. viso processu, col. 3. nu. 19. & ante hos omnes idem videtur voluisse Barto. a nemine citatus, consil. 206. inter pcuratorē, vbi plus voluit, q̄ si quis emit rē quampiam nomine Titii, non transit possessio in ipsum Titium, priusquam ratum habuerit.

7 ¶ †Hanc autē limitationem amplia, vt procedat etiam si quis alius sit, qui acceptet pro absente, cui sit constitutum, vel precarium. nam nec tunc quæritur ipsi absenti possessio, antequam ipse acceptauerit siue ratum habuerit, vt nuncupatim con-

fuluit Paul.Ca.con.171.in causa præsenti visis omnibus,lib.2. nam ibi ex principio illius consi.satis constat cõstitutum in donatione,de qua loquitur,fuisse appositum.& Corne.con.190. ad euidentiam,col.3.ver.circa secundum,lib.1.vbi etiam loquitur de reali apprehensione per alium facta, dum dicit ꝙ si quis nomine alterius siue eius mandato apprehenderit possessionem alicuius rei,non ei quæritur possessio sine ratificatione per.d.l.si seruus cõmunis.§.1.ff.de acqui.possess.& dicit facere.d.l.si ego,de ne.ge.& quod scribitur a Bar. & aliis recẽtioribus in.l.qui mihi donatũ.ff.de dona.& quod no. Pan. in.d.c. cum venisset,de resti.spo.Et ita dicit Cor.fuisse iudicatum in causa ardua.& rursus idem ipse Corn.cõs.221.visis certis,col. vlt.lib.3.vbi ex hoc dicit,ꝙ si quis alius interim apprehẽderit possessionem,prçiudicabit illi absenti.quod & nos superius diximus.& Steph.Bertr.d.con 137.vbi supra,lib.4.vbi idem dicit de retentione vsusfructus ab absente facta.

8 ¶ †Sed & hanc ampliationem amplia,vt procedat,ẽt si notarius qui contractum recipit,pro absente acceptet, & stipuletur id cõstitutum vel precarium.Nam nec tunc transfertur possessio in illum absentem,donec id ratum habuerit,vt ex facto respondit ipse Paul.Ca.con.195.visis his quæ narrãtur,in.2.dubio,quod est in col.3.ver.2.videndum est,lib.2.vbi loquens de donatione facta absenti,pro quo notarius stipulatus est, & acceptauit:& interim anteq̃ absens ipse ratificaret, res donata ad alium peruenit.dicit ꝙ ante ratificationem nullum ius nec dominii nec possessionis fuit quæsitum huic donatario absenti,per no.in.d.l.si ergo.ff.de neg.gest.& in.§.generaliter, in authen. qui.mo.natur.effic.sui.Est enim,ait,speciale in mutuo , vt alteri per alterum etiam ignoranti acquiratur actio , per.l.certi condictio.§.si nummos,ff.si cert.pet.

9 ¶ †Nec obstant,vt subdit Pau.no.in.l.3.ff.rem pupil.sal.fore. quia certe notarius bene potest stipulari absenti, & ignoranti, vt ibi no.quãtum ad hoc vt secuta ratihabitiõe absentis quæratur illi vtilis actio sine cessione.quod non esset ex stipulatione alterius q̃ notarii: qui quidem alter si stipularetur nomine absentis , non propterea acquireretur ex sola ratificatione , nisi fieret cessio. per no.in.l.absenti.ff.de donat . & alia

quę ibi allegat. Et ideo, inquit, ratificatio, quę superuenit post ius alteri quæsitũ, non posset illi obesse, per. l. si ego §. si res. ff. de iure doti. & no. in. l. si indebitum. §. 1. ff. rem rat. habe. & per Specul. tit. de actio. & obliga. §. 1. ver. pone obligasti. Hæc propemodum Paul.

10 ℭ Et per hæc quoq; ita in casu nostro, cum videlicet constitutum vel precarium interuenit notario stipulante pro absente, voluit Soci. in. l. 1. in prin. col. vlti. versi. postremo. ff. de acqui. possess. & Philip. Deci. dũ citat Paul. vbi supra, in. d. l. certi condictio. §. si nummos, col. 2. versi. vel dic quid hic. ff. si cert. peta. & in. l. 1. col. 6. versic. & stipulatio. C. de pactis, & in. l. quo tutela. §. 1. & ibi etiam Hiero. Cagno. qui hanc dicit esse cõmunem opin. ff. de regul. iur. & latius ipse Deci. in. d. l. contractus, col. 6. versic. & ampliatur, eo. tit. vbi id dicit singula. & secundum id ita se consuluisse, vt vere fecit. d. con. 226 col. 2. versic. secundo specialiter, & versi. non obstat stipulatio notarii & alibi sępe, scilicet con. 247. in causa magnifici, col. 4 versi. quinto idem suadetur. & con. 432. cum sit quod Almericus, dum allegat Paul. Cast. vbi supra. rursumq; consi. 464. placet cõclusio, col. 1. versi. secundo non obstat. & consi. 531 accurate, ad fin. & consi. 586 in causa quæ Mantuæ, col. vl. versi. non obstat si dicatur, & consil o. 566. visis his quæ accurate, in fine, & consi. 661. in casu de quo dubitari contingit, col. 2. versi. non obstat si dicatur. Et Fran. Curt. Iunior con. 55. pro habenda, col. 3. nu. 9. li. 1. & consi. 120. præsupponitur in facto, col. 1. & 2. li. 2. vbi & id dicit procedere, etiã si realis traditio facta fuerit notario stipulanti. & Steph. Bert. con. 116. viso cõsultationis themate, col. 4. versi. ad certum, li. 2. & latius con. 304. donatio per totum li. 3 Carol. Rui. consi. 121 prima donatio. col. 2. versic. sed præmis is, & rursus ad fi. li. 1 & iterum con. 174. consideratis & ponderatis. col. 2. versi. & insuper etiam, & multis sequ. eo. lib. 1. & con. 180. adhuc de viribus, col. 2 versic. & dato, iunctis his quæ dicit col. 3. ver. non obstat postremo, eo. lib. 1. Paul. Paris. con. 12. transactio, col. 4. nu. 110. & duobus seq. li. 2. Chasse. con. 7. visis themate, col. 8. versi. item etiam quia tales, vbi ex hoc dicit. ꝙ tale cõstitutũ factũ absenti, notario ꝑ eo stipulãte nihil obest hæredi cõstituentis, quin illi præferatur ex statuto,

